Ad primum ergo dicēdum. q̄ fm Augustinū i illa distinctiōe operū q̄ i pncipio Hene. memoratur: nō designatur successio tēporis: sed ordo nature tātum. fm q̄ in via generatiōis est impfectū ante perfectū ꝛ in eodē potētia ante actum. quāuis actus simpliciter precedat potētiam. ¶ Ad secūdum dicēdum. q̄ dicuntur angeli nō potuisse proficere: nō q̄ mereri nō poterāt: sed quia p suam virtutē in gloriā trāsferri nō poterāt: nisi ampliori lumine ifuso. ¶ Ad tertiū dicēdum. q̄ oportet dicere angelos qui peccauerūt ab aliquo q̄ō habuerūt cecidisse siue i gratia creati fuerint siue nō saltem ab innocentia vel rectitudine naturali: ꝛ ideo hoc q̄ō dicit: q̄ cecidit ab eo q̄ō nō dum receperat: referēdum est ad casum a gloria: q̄ō patz ex hoc q̄ō pmittitur. Beate vite dulcedinē nō gustauit ꝛc. ¶ Ad quartū dicendum. q̄ sicut in diaphano est aliquid de natura lucis: licz impfecte. cōpletur autē quādo efficit lucidū in actu: ita etiā in pncipio creatiōis angelorum erat i eis aliqd de natura lucis vel gratie: vel saltē naturalis itellectus tātum. vnde oportet vt per hoc q̄ō dicitur fiat lux itelligat de luce pfecta: que ē gloria: que nō prius bonis ifuit q̄m a malis diuisi cēnt: si tamē itelligatur eelū factū prius tēpore ante lucē: si autē itelligat nō prius factū tempore: fz natura. vt Augustinus exponit in pmo sup Hene. fz: tūc potest itelligi de luce gratie: ꝛ p tenebras nō itelligit peccatū angelorum: sed ifōrmitas corporalis creature que fōrmāda restabat: vt ipse in eodem exponit. ¶ Ad quintū dicendū. q̄ ex inclinatōe gratie in bonum nō potest pcludi q̄ babēs gratiaz a bono diuerti nō possit ēt si nihil habeat retrahēs: nisi sit pfecta gratia que finem coniungat: qualis ē in beatis: quia babēs gratiā nō agit ex necessitate gratie: sicut nec necessitate nature q̄ in bonū etiā ordinata ē: sed ex libertate volūtatis. Qui autē aliaz opinionē sustinēt respondēt ad auctoritates exponētes gratiam nō pro gratia gratū faciēte: sed pro alia gratia gratis data: sicut ē pspicacitas igeny vel aliquid huiusmodi i hominibus: dicūt autē ad alias ratiōes q̄ deus gratiā distulit vt ostēderetur q̄ distat iter possibilitatē nature ꝛ gratie: vt sic creatura magis beneficium gratie acceptū brēt.

¶ Expositio textus.

Alia sui euentus i grati fuerūt ꝛc. Est. n. de ratiōe felicitatis vt felix ea que ad ipsum ptinent nō ignoret: quāuis non requirat ad eam omniū scientiaz habere. ¶ Uniuersaliter autē ꝛ sūme pfectum est ꝛc. Huic cōsonat q̄ō philosophus dicit in quinto metaphysice: illud ee simpliciter pfectum q̄ō habet in se omnes perfectiōes que in generibus rerum inueniuntur: ꝛ hanc perfectionem ibidem Cōmentator dicit esse in deo.

¶ De confirmatione ꝛ conuersione stātium ꝛ auersiōe ꝛ lapsu cadētiū. ¶ Distin. V.

Rest hec consideratio adducit inquirere quales effecti sūt dum diuiderentur auersiōe ꝛ cōuersiōe. Post creationē nāq̄ mox quidaz cōuersi sunt ad creatorē: quidā auersi. Cōuerti ad deum fuit ei charitate adherere: auerti odio habere vel inuidere. Inuidie nāq̄ mater ē supbia: q̄ voluerūt se pificare deo: i quorū q̄sī i speculo relucere cepit dei sapiētia q̄ illuminati sūt: auersi vero excecati sūt. Et illi qdez cōuersi sūt ꝛ illuminati a deo gratia apposita. Isti vero sūt excecati nō imissione malicie: fz ex desertiōe gratie: a qua deserti sūt. nō ita q̄ pri⁹ dedita subtraberet: sed q̄ nūquā ē apposita vt cōuerterent. hec est ergo cōuersio ꝛ auersio: qua diuisi sūt qui natura boni crāt: vt sint alij supra illud bonū q̄ō babebāt per iustitiā boni: alij illo corrupto per culpam mali: conuersio iustos facit: ꝛ auersio iniustos: vtraq̄ fuit volūtatis: ꝛ voluntas vtriuq̄ libertatis.

¶ De libero arbi. breuiter tangit qd decēs sit.

Habebāt. n. oēs lib. arbi. q̄ō est libera potestas ꝛ habilitas volūtatis rōnalis. Poterāt. n. volūtate eligere q̄libet ꝛ rōne iudicare. i. discernere: in q̄bus cōstat lib. arbi. Nec creati sūt volētes auerti ꝛ cōuerti: fz habiles ad volendum hoc vel illud: ꝛ post creationē spōtanea volūtate alij elegerūt malū: alij bonū: ꝛ ita discernit deus lucē a tenebris: sicut dicit scriptura. i. angelos bonos a malis: ꝛ lucē appellauit diez ꝛ tenebras noctem: q̄ bonos angelos gratia sua illuminauit: malos vero excecauit.

¶ Post creationē aliqd datū ē stātibus p q̄ō cōuerterent nec merito aliquo. s. gratia coopata.

Sūt q̄rī vtz post creatōez quersiōis aliqd collatū sit p q̄ō quertere. i. diligerēt deū: dicim⁹: q̄ ē eis collata gr̄a coopans: sine q̄ nō pōt pficere rōnal creatura ad merituz vite. Cadere. n. pōt p se: fz pficere nō pōt sine gratia adiuuante.

¶ Qua gr̄a idigebat angel⁹: ꝛ q̄ nō. On idigebat angelus gr̄a p q̄ iusti ficaret: q̄ malus nō erat: fz qua ad diligēdū deū pfecte ꝛ obediēdū adiuuarēt. Operās qdē gr̄a dicit qua iustificat ipius .i. de impio fit pius: de malo bon⁹. Cooperās vero q̄ iuuat ad bene volēdū efficaciter: ꝛ deū p oibus diligēdū: ꝛ ad operādū bonū: ꝛ ad pseuerādū in bono ꝛ huiusmōi: de q̄b⁹ postea plenius agemus. Data est ergo angelis q̄ perstiterūt cooperās gr̄a p quā cōuersi sūt vt deū perfecte diligerent. Cōuersi ergo sūt a bono q̄ō habebāt nō perdito ad maius bonū q̄ō nō habebāt. Et ē fcā ista quersio p gr̄az cooperantē libero arbi. q̄ gr̄a alijs qui ceciderūt apposita nō fuit.

¶ An sit imputandū illis q̄ auersi sunt.

Incoq̄ a quibusdā obijci solet: nō eē imputandū illis q̄ auersi sūt ꝛ nō quersi q̄ sine gr̄a querti nō poterāt. Sz illa nō ē eis data: nec culpa illorū fuit q̄ nō est data: q̄ in eis nulla culpa adhuc pcesserat. Ad q̄ō dici pōt: q̄ñ q̄bus apposita est ipsa gr̄a nō fuit ex meritis eoꝝ. Alioquin iā nō eēt gr̄a si ex merito q̄ō esset añ gr̄am dareť.

¶ Qua culpa gr̄a nō ē data eis q̄ ceciderūt.

Quod vo alijs nō ē data culpa eoꝝ fuit: q̄ cū stare possent noluerūt quousq̄ gr̄a apponeret: sicut alij pstiterunt donec illis cadēt⁹ p supbiaz eis gr̄a apposita. Apte ergo cadētibus culpa i hoc deprehēdi pōt. q̄ fz sine gr̄a negrēt pficere quā nōdū accepant: p id tñ q̄ō eis collatū erat i creatōe poterāt nō cadere. i. stare: q̄ nihil erat q̄ō ad casū eos compelleret: fz sua spontanea volūtate declinauerunt: q̄ō si non fecissent: q̄ō datū est aliis: vtiq̄ dareť ꝛ istis.

¶ Q̄ angeli in ipsa cōfirmatione beati fuerint: fz vtrū eam meruerint p gratiā tūc sibi dataz: ambiguū est. de hoc. n. diuersi diuersa sentiūt.

Hic q̄rī solet vtrū in ipsa confirmatione bti fuerit angeli: ꝛ an ipsaz btitudinē aliquo mō meruerit. Q̄ in ipsa cōfirmatiōe bti fuerit: plēs testāť auctoritates. ꝛ iō p stāti bīdū ē: vtz nō p gr̄az tūc sibi datā ipsaz btitudinē meruerit ambiguum ē. Quibusdā. n. placz q̄ eā meruerit p gr̄az quā i confirmatōe pceperūt: silr̄q̄ i eis meritū ꝛ pmiuz fuisse dicūt: nec meritū pcessisse pmiū tpe: fz cā. Alijs āt vī q̄ btitudinē quā recepert confirmatione p gr̄az tūc appositā nō meruerit: dicētes tūc nō fuisse eis collatā gr̄az ad merēdū: fz ad brē vīnēdū: nec tūc eis datū eē bonū quo mererēť: fz quo feliciter struerēť. Q̄ āt in pmiū tūc acceperūt p obsequia nobis exhibita ex dei obediētia et reuerētia mereri dicunť: ꝛ ita pmiū pcesserit meritū: ꝛ hoc mihi magis placere fateor.

¶ Diuisio textus.

Rest hoc cōsideratio adducit ꝛc. Ostenso q̄les angeli creati sūt: hic ondit eorū differētia adinuicē per auersionez et cōuersionē: ꝛ diuidit in partes duas. In pma determinat de auersiōe angelorū. In scōa determinat qō q̄ sequunť euersos ꝛ cōuersos fz opationes eorū adinuicē. 6. dī. ibi. (¶ P. scire opz.) Pria i. d. In pma determinat auersionē ꝛ cōuersionē quorūdā. In scōa ostēdit p quid sūt auersi ꝛ cōuersi. ibi. (Dabebāt oēs ꝛc.) Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit q̄ per liberuz arbitriū sūt auersi ꝛ cōuersi. Scōo ingrit vtrū lib. ar. sufficiat ad cōuersionē: sicut ad auersionē. ibi. (Si aūt querit ꝛc.) Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit q̄ cōuersis opposita est gr̄a p quā querterent. Scōo ingrit vtrū per gratiaz illā suā beatitudinē meruerint. ibi. (Dic queri solet ꝛc.) Circa primū duo facit. Prio determinat veritatē. Scōo excludit obiectū. ibi. (Idcoq̄ a quibusdā ꝛc.) ¶ Qō I.

Hic est duplex q̄stio: pma de auersiōe malorū angelorū. Scōa de cōuersiōe bonorū. Circa primū querunť tria. Primo vtrum angel⁹ peccare potuerit. 2° qd appetēdo peccauerit. 3° ad q̄ō gen⁹ peti ei⁹ petiū reducať.

¶ Utrū in angelis possit esse peccatū. I.

Ab primuz sic pceditur. videť q̄ in angelis nō potuit eē peccatū: sicut. n. dicit in. 9. meta. In his q̄ semp sunt actu nō pōt esse malū: vnde Aui. dicit q̄ supra sperā lune: nō est malū: sed adhuc minus ē deposite i angelo q̄ in corpore celesti. ergo in angelis nullo mō pōt esse peccatū. ¶ P. q̄ aliqd sit malū postq̄ fuit bonū: hoc nō pōt esse sine motu: sed motus nō est sine mā vt dicit in scōo meta. Cū ergo i angelis nō sit mā. vt supra dictū est: videť q̄ nō potuerit i eis peccatū eē. ¶ P. sicut dicit in. 7. phy. Ois mutatio virtutis: ꝛ vicy reducit in alterationē q̄ est fm passiōes partis sensitiue: fz hō passiōes nō sūt in angelis carētibus organis sensus. ergo in angelis nō pōt eē mutatio de vtute in viciū vt peccēt postq̄ boni fuerāt. ¶ P. volūtas nō ē nisi boni vel apparētis boni. ergo cui nō pōt apparere bonū nisi q̄ō est bonū nō pōt volūtas ferri nisi in bonū vez: fz in angelis nō pōt eē bonū apparēs nisi q̄ō ē vez bonū. ergo nō pñt ōsiderare nisi id q̄ō est vez bonū: ꝛ ita ñ possūt peccare. pbatio medie. Intellectus nūquā errat i his quoꝝ pprie ē itell⁹: sicut i cognitiōe pncipioꝝ: fz angeli nō habēt nisi itellectiuā cognitionē. ergo nō pñt i sua cognitiōe errare: vñ phs dicit i lib. de aīa q̄ itell⁹ sp ē rectus: fantasia aūt ē recta ꝛ nō recta: hoc idē dicit Aug. sup Genesim lib. 10. iz.

Sed contra est q̄ō dicit Job. 4. Ecce qui seruiūt ei ñ sūt stabiles ꝛ i angelis suis re. pra. ergo ꝛc. ¶ P. vt supra dictū ē. angelis i sui creatiōe datū ē li. ar. fz li. ar. q̄ō ē ex nihilo pōt etiā i malū deflecti. ergo videtur q̄ angeli peccare potuerūt.

Respondeo dōm: q̄ apud oēs catholicos certū ē angelos peccasse: ꝛ demōes effectos eē: quo āt peccauerūt difficile ē videre: q̄ nō pōt eē peccatū i volūtate nisi sit aliquo mō deceptio i rōne. vñ ois malus ē quodāmō ignorās: vt i. 3. etbicorū dicit pbus: q̄ō q̄liter sit videndū ē ad pposite q̄stiōis itell⁹. Ipse. n. distinguit it i. 7. etbicoꝝ operādoꝝ duplicē cognitōez. s. vlez ꝛ particulārē: ꝛ q̄ opatiōes sūt circa singularia: iō aliquē recte in vlī opinātē circa singularia peccare ptingit: singularia. n. ptingit cognoscere duplr. s. i habitu ꝛ i actu: cōtingit ergo aliquē peccātē rectā existimatiōez ēt de singulari opabili in habitu brē: nō tamē i actu: q̄ i nobis habitus passione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligaꝝ ne in actū exeat: circa ꝯsiderationē particularis operādi: sicut ebrietate: ita ꝛ ira ꝛ cōcupiscētia a deo vt sī vba pnūciet sensuz mēte nō teneat iquātū iudiciū rationis vebemētia passionis absorbeꝫ: vñ dr̄ i. 6. ethicoꝝ q̄ delectatio corrūpit existimatoz̄ prudētie: ſz quānis ꝑ mō i angelis iudiciū ītell'is ligari nō possit. eo q̄ tales passiones i eis nō sūt: pōt tamē ligari; iquātū ꝯsiderādo vnū retrahit a ꝯsideratiōe alteri⁹: eo q̄ ei⁹ ītell's simul pluriū, nō ē: nisi sicut ī verbo oīa prēplaf: ꝛtigit ãt aliqd cē eligēdū ſm vnã ꝯditiōz rei ꝯsideratã: qō tñ eligēdū nō ē oībus ꝯditionibus ꝯcurrētib⁹ ꝯsideratis: ꝛ ita potuit ī ãgelis error electionis cē ꝛ pctm.

Ad primū ergo dicēdum q̄ ī nã ãgelorum nō ē alia pō respcū alicuius formе quã acgrere ꝛ amittere possit: sicut ē ī gñabilib⁹ ꝛ corruptibilibus. ꝛ iō nō pōt i eis cē malū nãe: sicut nec ī ignābilibus ꝛ incorruptibilibus: cuiusmōi sūt corpa celestia. Sz tū lib. arb. dr̄ ꝑ polē respcū motus ordiati: ꝛ ita pōt cē quātū ad ꝑ dordinatio ad malū. ¶ Ad 2m dōz q̄ sicut passio ꝛ receptio dñr eguoce ī opibus ītellectualibus ꝛ nãlibus: ita ꝛ mor⁹. vñ nō exigit q̄ ad talē motū sit mā: ſz sufficit pō q̄lis dicta ē in ãgelis cē. ¶ Ad 3m dōm q̄ dcīm pbī ē itelligēdū ō vtutibus ꝛ vicys q̄ sūt circa passiones ꝛ ō scia q̄ ē a sensibus acgsita: ꝛ ꝑ ī ãgelis nō iuenit. ¶ Ad 4m dōz. q̄ quānis ītells ñ possit errare ita vt iudicet aligd hȝ qō ñ ē: quātū ad illud qō de re pcipit: nihilominus ītells creatus: q̄ nō ē oium sil: pōt deficere: ex ꝑ q̄ iudicat ō re q̄ sit ꝺueniēs ſm aliq̄ ꝯditionē rei ꝯsideratã: qō nō ē ꝺueniēs ſz alia q̄ nō ꝯsiderat: sicut medicus iudicās aligd cē expediēs vni egroto scdm vnã ifirmitatē eius ꝯsideratã: qō ñ ē sibi simplr expediēs pp aliā egritudinē: quā vl'ī cognoscit vl'ī nō cōsiderat.

¶ Utr̄ ãgelus malus appetierit eq̄litatē. II.

A B secūduz sic pcedit. vr̄ q̄ ãgel⁹ dei eq̄litatē nō appetierit: q̄ sic dicit Aug. ō Adã loquēs. Nō ē credēdū q̄ vir spūali mēte pditus cē voluerit sicut deus Sz ãgel⁹ multo sapiētior fuit hoīe. g̃ vr̄ q̄ dei eq̄litatē nō appetyt. ¶ Ꝑ. illud qō nō cadit i appbēsionē nō cadit i volūtatē: q̄ volūtas nō ē nisi ō aliquo bono apphēso: ſz eq̄litas creature ad deū ñ cadit i appbēsionē: q̄ ipse ds oēm itell'z creatuz sua magnitudie excedit. g̃ vr̄ q̄ dei eq̄litatē nō appetyt. ¶ Ꝑ. quānis volūtas sit pol'um ꝛ impol'um: tñ electio nō ē nisi pol'um vt dr̄ ī. 3. ethicoz̄: ſz electio ãgeli fuit ō eo qō ꝺideravit: q̄ gcūq̄ nō peccat p electōz: peccat p ifirmitatē vl'ignorãtiã: vt pōt bri a phi losopho ī 5o ethicoꝝ q̄le nō fuit pctm ãgeli. Ergo suū ꝺsideratū fuit pol'e: ſz eū cē eq̄lē deo ē impol'e. g̃ nō fuit suuz ꝺsideratū. ¶ Ꝑ. nullus peccat ī ꝺsiderio sui finis: q̄ ꝑ nãle ē: ſz finis ãgeli: ꝛ cuiuslibz creature ē assimilari ꝺo. g̃ vr̄ q̄ ñ peccauit ꝑ appetēdo. ¶ Ꝑ. gcūq̄ vl't assimilari alicui ꝺuertit ad illud. nullus. n. vult cē similis ei quē odio hȝ: ſz ãgelus peccādo nō ē cōuersus: ſz auersus a deo. g̃ nō appetyt similitudinē dei vl'equalitatē.

Sz contra supra illud. ꝑs. Que nō rapui tūc exsolebã: dicit glo. q̄ Eua sicut dyabol⁹ rape voluit dīnitatē. g̃ vr̄ q̄ dyabolus dei eq̄litatē appetyt. ¶ Ꝑ. Esa. 14. Ex pſona nabuchodonosoz ī figura dyaboli dr̄. In celū ascēdā: ñ ãt pt itelligi ō celo empireo: q̄z ī illo creat⁹ fuit. g̃ opz itelligaꝫ ō celo scē trinitatis: ꝛ ita vr̄ q̄ eq̄litatē dīne celsitudis appetyt.

Respōdeo dōm q̄ circa hoc triplex ē opinio: quaz nãq̄ simplr ꝛ absolute ꝺcedūt q̄ pctm angeli fuit: ex hoc q̄ deo simplr eq̄lis cē voluit: nec obstat q̄ hoc ē impol'e: q̄z ſm Aug. Leca ambitio ſp pſumit pluꝝ q̄z possit: ſz hoc nō vr̄ ꝺueniēs: q̄z quānis hō possit plus ꝺsiderare, q̄z possit bre: nō tñ plus pōt velle, q̄z possit estimare

q̄ intellz volūtas sequit̄: ꝛ nō excedit. Et ꝓterea in ãgelo nō ē ponere passionē q̄ ex appetitu bonoꝝ indiciū itell's liget sicut ē in nobis: Et ꝓterea nullus vult aliqd vnq̄: q̄ posito eius nã nō maneret. si ãt angelus deo eq̄lis cēt: nō cēt huius nãe: ſz dīne: ꝛ ita suū non cē appeteret. Et iō al'r aly dicūt: q̄ dei eq̄litatē directe nō appetyt: ſz īdirecte: q̄z appetyt aliqd quo habito seq̄rēt q̄ deo cēt eq̄lis. ſ. nulli subeē. Doc ēt nō vr̄ ꝺueniēs: q̄z totū bonuz angeli ē ī boc q̄ deo subē. sicut tota claritas aeris ē in hoc q̄ subycit̄ radys solis: ꝛ iō hoc ab angelo non potuit appeti. Et iō al'r ē dōm q̄ nō appetyt eq̄litatē simplr quātū ad subam ꝺsiderati. vt. ſ. vellet tãtaz bonitatē brē quãtã ꝺs hȝ: ſz tñ appetyt eq̄litatē ſm q̄. d. ſ. quatū ad moduz bñdi: bonitas ãt sue brītudo ē ī deo: quã hȝ ꝑ suã nãz: ꝛ a q̄ ois creature brītudo: ꝛ bonitas trãsfundit̄. videꝫ g̃ angel⁹ dignitatē nãe sue q̄ creaturis ceteris ꝑeminebat: voluit a se brītudinē ꝛ bonitatē: i oīa iferioza ꝺriuari: voluit ēt ꝑ sua nãlia in pfectiōz brītudinis ꝙuenire. ꝛ iō dr̄ q̄ sine merito brē voluit boc qō meritis habituras cēt si pstitisset: nec ēt quātū ad modū bñdi simplr deo egparari voluit: non. n. voluit a se brītudinē brē: nec ex primū in alios trãsfundēs: ſz a deo ꝛ sub deo ſm q̄ ipse in omni nã operat̄.

Ad primū ergo dōm q̄ angelus noluit equalitatē simplr: sicut nec homo: ſz modo ꝓdicto: quidã tamē dicūt q̄ Adã magis fuit ꝓditus spūali mēte q̄ angelus: nō tamē quātū ad gradū nature: ſz quātuz ad diuinã reuelationē quã habuisse credit̄ cū dns in eū sopo rē imisit. ¶ Ad secūduz ꝛ tertiū dōm q̄ ratōes ille procedunt ō eq̄litate simplr quã nō dicimus angelū appetyssе. ¶ Ad q̄rtū dōm q̄ assimilatio dīna ē finis vniuscuiusq̄ creature scōm modū sibi a creatore ꝓfixum. vñ sine deoz dinatiōe nō pōt cē q̄ appetitus tēdat in diuinaz assimilationē, vltra terminū nãe sue a deo statutū. ¶ Ad 5m dōm q̄ ī quolibz peccatore auersio a deo ē ꝓter itētionē: q̄z malū nō pōt cē intētū: ſz sp bonū in quo ē ad deū assimilatio: ꝛ ita ꝓter intētionē ipsoruz angeloruz fuit q̄ a deo se auerterent: cui assimilari volebant.

¶ Utr̄ pmū peccatū angeli fuerit supbia. III.

A B tertium sic pcedit. videt̄ q̄ peccatū angeli primū nō fuit ō gñe supbie: ſz aliud: q̄z sicut ꝑmo tbi. 6. dr̄ radix oīum malorꝝ est cupiditas vl'auaritia: ſz peccatū angeli fuit q̄ſi oīuz peccatorꝝ radix: ergo suū peccatū fuit cupiditatis vl'auaritie. ¶ Ꝑ. in lra dr̄ q̄ auerti a deo ē odio brē vl'iuidere: ſz angeli peccādo a deo auersi sūt. ergo eorum peccatuz fuit iuidie vel ody. ¶ Ꝑ. fugere laborē in bonis spūalibus ptinet ad accidiã ſz Bernardus dicit q̄ in boc fuit angeli peccatū q̄ sine laboze gloriã brē voluit. ergo videt̄ q̄ suū peccatū fuit accidie. ¶ Ꝑ. quicūq̄ nō facit illō ad qō tenet̄ peccat ꝑ omissionē: ſz angelus debuit cōferre dc dei ordinatiōe nevltra ipsaz appeteret aliqd qō nō fecit. g̃ ꝑ omissionē peccauit. ¶ Ꝑ. inter vtutes primū locū tenet fides: q̄si fundamentū: ſz ifidelitas fidei, opponit̄. ergo cū angeli peccatū pmū fuerit videtur q̄ fuerit infidelitas.

Sz cōtra sicut dicit̄ ecclīastici. xi. Initiū oīs pcti supbia: ſz a malicia dyaboli oē peccatuz originē trahit. ergo videt̄ q̄ suū pctm fuit supbia.

Respōdeo dōm q̄ supbia tribus modis accipitur. Uno mō ꝑt sumit̄ habitualr. ſ. q̄daz inclinabilitas vel ex nãe flexibilitate tãtum vel ex fomitis corruptione ad supbiēdū: ꝛ sic dr̄ supbia initiū oīs peccati. Alio mō dicit̄ supbia scōm q̄ aligs actualr se effert extra ꝑcepti limites vt ꝑcipiēti nō subyciat̄: ꝛ sic nō ē spāle peccatū: ſz q̄dam gñalis conditio oē peccatū cōsequēs

ex parte auersiōis. Tertio modo dicit̄ supbia ꝺordinatus appetitus, ꝓprie excellētie: ꝛ ꝑcipue ī dignitate vel honore: ꝛ sic ē spāle pctm vnū de septē capitalibus vicys: ꝛ sic primū pctm angeli supbia fuit: q̄ ꝑ tū ex ꝺsiderato: q̄z eminētiã dignitatis appetyt: tum ēt ex motiuo: q̄z ex cōsideratiōe, ꝓprie pulchritudinis in peccatum ruit.

Ad primum ergo dicēdum: q̄ cupiditas ēt triplr dr̄. Uno modo ſz q̄ ē radix oīs pcti: ꝛ sic ē q̄daz iclinabilitas ī ꝺsideriū ꝺordinatū cuiuscūq̄ ꝺsiderabilis: vl'ex corruptiōe fomitis vl'ex cōditiōe nāe: q̄ flexibilis ē ꝓprie boc q̄ ē ex nihilo. Alio modo dicit̄ ſm q̄ ē cōditio oē pctī ꝯsequēs ex parte auersiōis prout dicit ꝺsideriū actualr ꝺordinatuz cuiuscūq̄ ꝺsiderabilis vl'bonoris vl'scie ꝛc. Tertio mō dicit̄. ſm q̄ ē spāle vicium vnuz ō septē capitalibus. ſ. ꝺordinatuz ꝺsideriū babēdi ea q̄ sufficiētia ī vita ꝓmittūt vt pecunia: ꝛ alia: quoꝝ ꝑcium nū mismate mēsurat̄: ꝛ ꝑ se cōstat q̄ taliū ꝺsiderio dyabolus nō peccauit. ¶ Ad 2m dōm q̄ odiuz ꝛ iuidia respcū dei ꝓsupponūt ī angelo volūtatis prauitatē. vt dicit Augu. sup Genesim ad lram. xi. q̄ō sic ꝑz: q̄z nullius rei pōt cē odium nisi q̄ ē dissonuz ꝛ ꝺtrariuz volūtati: illud ãt q̄ ē optimū nihil ēffectus habēs admixtum nō ē ꝺtrariuz nisi volūtati nō recte. Similr iuidia ē dolor aliene pspitatis iquātū ē impeditiua alicuius boni, ppry: dīna ãt felicitas nō ē impeditiua alicuius ppry boni nisi q̄ ꝺordinate ꝺsideraꝝ: q̄z ab eo oē bonuz ꝺscēdit: ꝛ ita odium ꝛ iuidia ꝓsupponūt aliq̄ qō pctm: ꝑ q̄ō volūtas ꝺordinareꝝ. ꝛ sic nō fuit pctm eius ody vl'iuidie. ¶ Ad 3m dōz. q̄ angeli in ꝑ deo ministrāt ꝛ merēt̄: laborē vl'tediū ñ habēt. ꝛ iō pctm accidie eis nō cōpetit: ſz pro tāto dicim̄ voluisse sine laboze gloriã cōsequi: q̄z ppria ꝛ tute assequi voluerūt: ſm q̄ laboziosum dr̄ illud q̄ facultatē operātis excedit. ¶ Ad quartuz dōm. q̄ omissio: quādoq̄ est spāle pctm: quādo. ſ. ꝺimittit̄ aliqd qō fieri ꝺs qō spāliter ꝑceptum ē: quādoq̄ vo ē cōditio oē pctm ꝯsequēs ſm q̄ ē ꝺmissio alicuius circūstātie ī opere obseruādo ꝛ boc modo nō ē iconueniēs q̄ ī primo pctō angeli fuerit omissio: pōt tñ dici q̄ nō tenebat̄: tunc actualr ꝯferre: q̄z alio mō pctm vitare poterat. ¶ Ad 5m dōz q̄ ea q̄ sūt prima in gñatiōe nō opz q̄ sint prima in destructiōe vnde nō sequitur si fides ē prima virtutum q̄ infidelitas sit primum viciorum. ¶ Qō. II.

Circa secundum principale q̄rit̄ de ꝺuersiōe bonoꝝ angeloꝝ: ꝛ q̄runt̄ duo. Primo vtrū fuerit eis aliq̄ grã apposita ad ꝺuersionē. Scōo vtrū ꝑ illã grām suã brītudinē meruerunt.

¶ Utr̄ angeli idiguerit grã ad hoc q̄ ꝺuertereꝝ ī deū. I.

A B primuz sic pcedit. videt̄ q̄ nō indiguerint appositiōe aliquis grē vt ꝺuertereꝝ ad deuz. Ad libertatē .n. lib. ar. ptinet: vt ad vtrūq̄ flecti possit ꝛ ꝑ cipue ī bonū: ſz ī angelis ī statu creatiōis fuit liarb. nullo pctō debilitatū. g̃ nō idigebāt grã ad hoc vt in bonū ꝺuertereꝝ. ¶ Ꝑ. vt supra ex vbis Aug. habituz ē. ōs nō distinxit ītер angelos añ eoꝝ ꝺuersionē ꝛ auersionē: ſz illis q̄ sūt auersi ñ fuit apposita grã: vt ī lra dr̄. ergo nec illi q̄ fuerūt ꝺuersi añ ꝺuersionē. ¶ Ꝑ. ex boc q̄ angeli ꝺuersi sūt a deo grã repleti sūt; ita q̄ ꝺuersio ad grām ē ꝓparatio. Si ergo ꝺuersio nō pōt cē nisi ꝑ grāz aliquã ꝑcedentē nec ite illa grã sine ꝓparatōe aliq̄: al's oībus dareꝝ. vr̄ q̄ ꝑ būc modū sit ꝑcedere in ifinitum: q̄ ēt itells ꝛ nā respuit. ergo ē status ī primo: q̄. ſ. ad ꝺuersionē nō opoꝝtuit dari grām q̄ ad cōuersionē ꝓpararet. ¶ Ꝑ. idē habitus est qui cooperat̄ habēti bonum opus eius reddens: ꝛ qui operat̄ in eo bonū ipsum faciēs: ſz angelus nō indiguit grã operā-

te vt ī lra dr̄. ergo nec cooperāte grã ad opus cōuersiōis.

Sed contra proficere ad meritū vite nullus sine grã pōt: ſz ꝑ ꝺuersionē angeli ad vitã ꝓfecerūt. ergo ad eā grã idiguerūt. ¶ Ꝑ. ꝺuerti ad deuz ē amoze ei adherere: vt ī lra dr̄. Nō aūt itelligit̄ ꝑ de amore nãli: q̄z sic ēt eū ꝑus dilexerāt: vt supra habitum ē. ergo videt̄ q̄ itelligat̄ de amoze charitatis: q̄ sine grã non ē. ergo ꝺuersio sine grã nō potuit esse.

Respondeo dōz q̄ circa ꝑ ē duplex opinio: quidam .n. dñt q̄ ad ꝺuersionē meritoriã exigit̄ duplex grã. vna gratū faciēs: q̄ ifozmat ꝺuersiōis actū ꝛ meritoriū reddit. Alia gratis data: a q̄ elicit̄ suba actus ꝛ q̄ lib. arbi. iclinat ad volēduz: ſz istam gratiaz ponere nō vr̄ necessariū nisi ipsa libertas arbitrij grã dicat̄ q̄, peculdubio nobis a deo ē: vel aliq̄ occasiōes que quādoq̄ ꝺantur boibus a deo ad cōuersionē: vt istructio legis ꝛ castigatio ad humilitatē: ꝛ alia huiusmōi: sine q̄bus, tamē pol'e ē gratiam cōsequi: q̄z si hō facit q̄ ī se ē deus dat ei grām. Ad boc autē faciēdum nō exigit̄ aliqd aliud. Illud. n. ad q̄ ñ pōt ꝑ se. lib. arb. nō est ī boīe vt faciat illud: illud. n. ī nobis eē dr̄ cuius nos dñi sumus. vnde pō ista iplicat ꝛadictio nē dum posuit q̄ ad faciēduz illud q̄ ī nobis est liberum arbitriū nō sufficit. (¶ Et ideo aliter ē dōm. q̄ ad eliciēdū actū ꝺuersionis sufficit lib. arb. q̄ō se ad habēdaz gratiam q̄ buc actuz ꝓparat ꝛ disponit: ſz efficacia ꝺuersiōis ad meritū. nō pōt esse nisi ꝑ gratiã: vnde vnus ꝛ idē motus ē cōuersiōis lib. ar. ī quo grã ifundit̄: q̄ est dispō ad grām: hȝ q̄ exit a lib. arb. ꝛ meritoziuz ſm q̄ grã ifozmat̄. Et simile ē etiã ī motu ꝓtitōis quo ꝑmo iustificatur ipius: qual'r aūt boc sit pol'e pōt videri ex his que ī nā ꝓtingūt. In eodem .n. istanti quo ꝑmo est dispō necessitatis ī mā forma subalis iducit̄. cum. n. gñatio sit terminus alteratōis: opz ī eodē istanti alterationē terminari ad dispōnem q̄ est necessitas ꝛ gñationē ad formã subsтãtialē. Sed q̄z alteratio est motus ꝓtinuus: ideo ꝑncipiū alteratōis ꝛ mediū quo mã disponitur ad formã subalē tēpoze ꝓcedunt ītroductionē forme subalis: motus aūt volūtatis q̄ disponit ad grāz est simplex ꝛ nō ꝓtinuus. iō vel ꝑm⁹ tñ ē sufficiēs dispositio ad grāz: vel vltimus ītер plures: q̄ agit ī virtute oīuz ꝓcedēntium: ꝛ ideo cum illo gratia ifunditur.

Ad primuz dōm. q̄ quānis lib. arb. de se possit in subam actus: nō tamē ī formã eius q̄ quã meritoziuz est. ¶ Ad secūduz dōz. q̄ motus auersionis ꝛ ꝺuersiōis ſm q̄ sūt ex lib. ar. ꝓcedūt ifusionez grе in q̄busdã: ꝛ casum quozūdã: nō tēpoze: ſz nã ſm viã materie ꝛ gñatiōis, put dispō ꝓcedit formã: ꝛ per boc ꝑz solutio ad tertiū. ¶ Ad quartū dōm q̄ aliqd dr̄ fieri vel operatum eē duplr: vl'sicut ex cōtrario: prout dicimus q̄ ex nigro fit albū: ꝛ boc modo dr̄ grã operās qua de malo fit bonus: et sic nō fuit in angelis: vt in lra dr̄. Alio modo dr̄ aliqd fieri ex negōne vel ꝑuatōe: sicut ex nō lucēte lucēs: ꝛ ex nō figurato figuratū: ꝛ sic dr̄ grã operās q̄ ō nō bono gratuita bonitate fit tali bonitate bon⁹: ꝛ sic grã opans fuit ī ãgelis.

¶ Utr̄ angeli meruerint suã brītudinē. II.

A B secundum sic procedit. vr̄ q̄ angeli suã brītudinem nō meruerint. Meritū. n. ꝓcedit ꝑmiuz: sicut via terminū: sed in angelis nō potuit esse meritū: q̄z ante brītudinez gratiã non habebant q̄ est radix merendi ad minus si in gratia creati nō sūt: ergo vr̄ q̄ suã brītudinē nō meruerūt. ¶ Si dicat̄ q̄ merētur eam ꝑ ministeria q̄bus nobis iubēte deo obsequunt̄. ¶ Contra. ſm Dio. supiozes non mittunt̄ ad explendum vsum exteriozis ministerij. si ergo iferiozes ꝑ ministeriuz merent̄. videt̄ q̄ iniuste cū superiozibus agat̄ q̄bus meredi

Universidad de Deusto
Biblioteca

facultas nō conceditur. ¶ P. ordo vnus in infinitum nō excedit alterū. si ergo inferiores continuo merentur per exterius ministeriū. videtur q̄ quādoq; perueniant ad graduz superioris ordinis: ⁊ ita esset ordinum confusio.
¶ Preterea efficacia merēdi in operatiōe est vel propter difficultatē operis vel propter pfectionē: sed non propter difficultatez: quia angeli sua ministeria explent sine labore oī: ⁊ difficultate: ergo si propter pfectionem cum operatio qua deum contemplantur sit nobilior ⁊ pfectior. videtur etiā q̄ per illam mereant. ⁊ cum b̄ sit cōmunis oībus beatis: ⁊ nō interrupta. videtur q̄ facti sint in ꝓtinuo merito: ⁊ ita q̄ eorū gloria in infinitum crescat.

Sz contra in gbuscūq; inuenit perfectio vnius rationis in eis sūt eadē ꝑncipia consequēdi pfectionē illā: sz in angelis ⁊ boibus est beatitudo vni⁹ ratiōis. cū ergo boies ad beatitudinē sine merito nō pueniant. videt q̄ nec angeli. ¶ Preterea. ſm Bernar. i hoc fuit peccatū angeli q̄ gloriaz sine merito habere voluit: nō autē hoc fuisset ei peccatū si ad hoc ordinatus esset vt beatitudinē haberet quā nō mereret. ergo videtur q̄ nō habuerūt beatitudinem sine merito.

Rēdeo dōm q̄ sustinēdo angelos in gra fuisse creatos planū est ad hoc rēdere: qa sic certissime meritū primū ꝑcessisset. Si autē in gra creati nō sūt: sz gra fuit eis sīl data cū gloria: tūc sūt tres opiniones: quidā eniz dicūt q̄ suā beatitudinē nullo modo meruerūt nec fuit eis data gra ad meredū: sz ad brē viuēdū hoc autē nō videt cōueniēs: qz beatitudo bz rōnē ꝑmy: ꝑmiz aūt sine merito eē nō pōt: sicut nec pena sine culpa. Alij dīt q̄ p opera q̄ sūt post cōfirmationē gbus nobis ministrāt mereret brīudinē quā pus acceperūt: sicut aliquis miles mereret munus sibi a rege collatū posterius militādo. sz b̄ ēt simplr loqndo nō videt ꝓueniēs: qz brīudo bz rōnē termini: meritū aūt cū sit tēdēs i aliud bz rōnez vie. vñ nō vident se posse cōpati vt aligs beatus i statu meredi existat. Sz ſm qd pōt sustineri: vt. s. mereri itelligāt nō ꝑmiū eēntiale qō e corꝝ brīudo: sz ꝑmiz accidētale qō e gaudiū de illis q̄ p eorū officia saluāt. ¶ Et iō vr cū alys dōz q̄ meritū i eis nō ꝑcessit ꝑmiū tēpore: sz natura: qō facile itelligi pōt ex his q̄ supra dicta sūt. Sicut eniz actus lib. arb. ē dispō ad gra: z ita actus informatus gra est meritū glorie. Unde vnus ⁊ idē cōuersionis motus ē pparatio ad gram ſm q̄ ē ex libero arbitrio ⁊ meritorius glie: scōz q̄ ē gratia informatus: ⁊ iteruz fruitiōis actus ſm q̄ cōpletur per habitum glorie.

Ad primū ergo dōm. q̄ nō ē necessariū merituz p̄cedere ꝑmiū tēpore: sz nā tm̄. glibz. n. actus meritorius bz aliqō ꝑmiū sibi adiūctū: sicut ⁊ glibz actus iordinatus bz penā. vt dicit Aug. i libro ꝓfessionū. ¶ Ad 2m dōm. q̄ ⁊ si superiores nō mittāt: nihilominus tm̄ p eos regulāt inferiores i suis ministerys: ⁊ iō merituz respcū accidētalis ꝑmy cōe ē: ⁊ p b̄ pz rūsio ad tertiū. ¶ Et ꝑterea ordines distinguūt scōz gradū. i ꝑmio eēntiali qō p misteria nō augeī. ¶ Ad 4m dōz. q̄ act⁹ mistery āgelorꝝ hīt efficaciā merēdi rōne effect⁹. s. salut] boiuz gb⁹ mistrāt ō q̄ redūdat i eis gaudiū: qō est accidētale ꝑmiz. ¶ Expositio textus.

Auerti odio bre ⁊c. Uidet hoc ēt eē impossibile: quia sicut nihil amat nisi bonum vel in ratione boni: ita nihil odio habetur nisi ratione mali: sed in deo nulla est ratio mali: ergo odio haberi nō potest. ¶ Sed cōtra est. qō dicitur in psalmis: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Ad qō dicendū q̄ ipsuz deum ſm q̄ ē nullus odio brē pōt: sz rōne alicuius effectus eius qui cōtrariat volūtati iquātū ē punit vel ꝑbibēs vel aliquid huiusmōi. Nō ita q̄ prius dedita subtrahunt: ex quo videtur: q̄ in gratia creati nō sunt: sed hec sunt verba magistri qui huius opinionis videt fuisse.

¶ Oz de maloribus ⁊ de minoribus quidā ceciderūt: inter quos vnus fuit celsior. s. lucifer.

¶ Distinctio. VI.

Preterea sciri opz: quoniā sicut de maloribus ⁊ minoribus quidā p̄stiterūt: ita de vtroq; gradu gdam corruerūt. Inter quos vn⁹ fuit oībus alijs cadētibus excellētior: nec iter stantes aliqs fuit eo dignior: sicut testimonijs auctoritatū mōstrat. Ait. n. Job. Ipse principiū viarū dei. Et in Ezechiele legit. Tu signaculū similitudinis plenus sciētia ⁊ pfectiōe decorus i delicijs paradisi dei fuisti. Ad exponēs Grego. ait. Quāto magis in eo subtilior ē nā eo magis in illo imago dei silis insinuat ipressa. Itē i Ezechiele legit. Omis lapis ꝑciosus opimētū eius. i. ois angelus q̄si operimētū erat: qz vt dicit Grego. In alioꝝ cōparatiōe ceteris clarior fuit. Unde ⁊ vocatus ē Lucifer: sicut testat ysaias. Quo ingt cecidisti Lucifer: qui mane oriebaris ⁊c. Aut nō vnus ordo: sz vnus spūs accipiēdus ē q̄ teste Ysidoro postq̄ creatus ē eminētiā nāe ⁊ pfunditatē sciēie sue ppendēs: in suū creatorez supbiuit in tm̄ q̄ ēt deo se eq̄re voluit. vt i ysaia dicit. In celū ascendā supra astra celi: ⁊ exaltabo soliū meū ⁊ ero silis altissimo. Silis quidē deo eē voluit nō p imitatōez: sz p eq̄litatē pōe.

¶ Añ ⁊ quo deiectus fuit merito sue supbie.

Et tāte supbie merito de celo. i. ō empireo celo in quo cū alijs fuerat deiectus ē in istū caliginosuz aerē cū oīb⁹ sue pranitatis cōsortib⁹. Nā vt Joānes ait i Apocal. Draco de celo cadēs secū tertiā partē stellaꝝ traxit: qz luciferalijs maior nō solus cecidit: sz cū eo alij multi: q̄ ei i malicia cōsenserūt: eosq; cadētes bui⁹ caliginosi aeris habitaculū recepit. Et hoc ad nāz ꝓbationē fidē ē: vt sint nobis cā exercitatiōis. Añ apls. Colluctatio ē nob aduersus principes ⁊ ptātes mūdi b⁹: ⁊ aduersus rectores tenebraꝝ hanc ꝑ spūalia negtie i celestib⁹. Qz demōes q̄ sūt spūales ⁊ nequā in hoc turbulento aere nobis ꝓpinquo q̄ celum appellatur habitant. Unde ⁊ dyabolus aeris princeps dicitur.

¶ Oz nō ē ꝓcessuz eis bitare i celo vl i terra.

Non n. n. est eis cōcessuz habitare i celo q̄ clarus locus ē ⁊ amenus. Nec in terra nobiscū: ne boies nimis infestarent: sz iuxta apli Petri doctrinaz in

epla canonica traditā: i aere isto caligioso q̄ eis q̄si carcer vsq; ad tps iudicij deputatus ē. Tūc aūt detrudūt in baratrū iferni bz ill⁹. Ite maledicti i ignē eternū: q̄ ꝓparat⁹ ē dyabolo ⁊ āgel' ei⁹.

¶ Oz demones alij alijs presunt ⁊ habent etiaz alias prelationes.

Et sicut iter bonos angelos alij alijs ꝑsunt: ita ⁊ iter malos alij alijs ꝑlati sūt: ⁊ alij alijs subiecti. Quādiu. n. durat mūdus: angeli angelis ⁊ boies boib⁹: ⁊ demōes dēmōib⁹ ꝑsūt: sz i futuro ois euacuabit ꝑlatio vt docz apls. Hīt quoq; bz modū scie maioris vel minoris ꝑlatiōes alias maiores vl minores. Quidaz. n. vni ꝓuincie: alij vni boi: alij vni vicio ꝑsūt. Añ dī spūs supbie: spūs luxurie ⁊ huiusmōi: qz de illo vitio marie pōt boies tēptare a quo noiat. Unde ē ēt q̄ noie demonis diuitie vocant. s. māmona: ē. n. nomen demonis māmona: quo noie vocāt diuitie bz syrā liguā Hoc aūt nō iō est q̄ dyabolus in ptāte hēat dare vel auferre diuitias cui velit: sz qz eis vtit ad boium tēptationē ⁊ deceptionem.

¶ An oēs demones sint in boc aere caliginoso an aliqui sint in inferno.

Solet aūt q̄rī vtz oēs in isto aere caliginoso sint: an iā aliq sint in inferno. Oz in iferno quotidie descēdant aliq demonū ꝓsimile ē: qa alias illuc cruciādas ꝺducūt. Et q̄ illic aliq sp sint alternatis forte vicib⁹ nō pcul ē a ꝓpo: q̄ illic alias detinent atq; cruciāt. Oz aūt maloꝝ aīe illuc descēdūt at q̄ ibi puniāt: ex eo ꝓstat q̄ ꝓps ad iferos descēdit vt iustos q̄ ibi tenebāt educeret. Si. n. iusti illuc descēdebant: multo magis iniusti: ⁊ sicut tradit auctoritas cuz iustos eduxit: iniquos ibi reliquit. Admodū dit. n. infernū nō absorbuit.

¶ Quidaz putāt luciferum in iferno religatum ex quo tentauit cbristū: ⁊ victus est: quē primū boiem tentasse ⁊ vicisse dicūt.

De lucifero aūt qdā opinant q̄ ibi religatus sit: ⁊ ad nos tēptandos nō hēat nūc accessuz: qz i apocalipsi legit. Cū cōsūmati fuerit mille āni soluet satbanas de carcere suo: ⁊ exiet ⁊ seducet gētes: qō erit nouissimo tpe ātixpi: qñ erit tāta tribulatio vt ēt si fieri pōt moueāt electi. Quē ibi religatū dicūt ab eo tpe quo tēptauit xpz in deserto vel in passiōe: ⁊ victus ē ab eo. Ipsuz putāt primum boiem tentasse ⁊ vicisse: ⁊ secūdo dcū: sz ab eo victum esse: ⁊ ideo in inferno religatū. Alij autem putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine: illic fuisse dimersum.

¶ Oz lucifer modo non habet potestatē quā habebit tempore antixpi.

Sed siue in infernū dimersus sit: siue nō credibile ē nō eū hīe facultatē accedēdi ad nos: quā hēbit i tēpore antixpi: i quo fraudulēter ac violēter operabit. Et iō forte dī tūc soluēd⁹: qz tūc dabit ei a deo ptās tēptandi boies: quā modo non bz.

¶ Oz demones semel victi a sanctis nō accedūt amplius ad alios.

Plus quoq; q̄ a sanctis iuste ⁊ pudice viuētibus vincunt: ptās alios tēptandi vī adimi. Añ Origenes. Puto iquit sane q̄ sancti repugnātes aduersus istos icētores ⁊ vincētes minuāt exercitū demonū: vel q̄ ꝑplurimos eoꝝ iterimāt: ne vltra fas sit illi spiritui q̄ ab aliquo sancto caste ⁊ pudice viuente victus sit: ipugnare iterū aliū boiem. hoc autē quidā putāt intelligendū tm̄ de illo viuo in quo superatus est: vt si de superbia aliquem virum sanctū tentat ⁊ vincit: vlterius nō liceat ei illuz vel alium de superbia tentare.

¶ Diuisio textus.

Stēsa diuisione malorum a bonis per auersionē ⁊ conuersionē: hic incipit determinare ea que cōsequūt auersos ⁊ cōuersos ſm q̄ in eis ꝓueniūt vel differūt. ⁊ diuidit i partes tres. In ꝑma determinat ea q̄ ꝓsequūt eos quātū ad nāe cognitōez. In scōa ea q̄ ptinēt ad potestatē. 7. di. ibi. (Superadictū est: q̄ angeli pstiterūt ⁊c.) In tertia ea q̄ ptinēt. ad corpoꝝ assumptionē. 8. di. ibi. (Solet i qōne vsari ⁊c.) Prīa in duas. In ꝑma determinat veritatez. In scōa mouet qōnez ex determinatis. ibi. (Solet aūt queri ⁊c.) Circa ꝑmū duo facit. Prīo ponit eoꝝ ꝓditionē quātū ad nāe gradū añ pctm̄. In scōa ꝓditionez eoꝝ post pctm̄. ibi. (Et tāte supbie ⁊c.) Et ꝑmo quātū ad locū. Scōo quātū ad ꝑlatiōis gradū qui gradū nāliuz sequit. ibi. (Sicut iter bonos ⁊c.) (Solet āt queri ⁊c. Dic mouet qōnē quātū ad ea q̄ dicta sūt de loco: ⁊ ꝑmo determinat eā i cōi. Scōo in spāli. ibi. (De lucifero aūt ⁊c.) Ubi ꝑmo determinat eam quātū ad primū angelū. Scōo quātū ad alios. ibi. (Alys quoq; qui a sanctis ⁊c.)

¶ Questio. I.

Hic quinq; querunt. Prīo de quo ordine fuit supmus angel⁹ iter peccātes q̄ lucifer dī. Scōo qualr peccatū alioꝝ ad eius pctm̄ se hēat. Tertio de loco eis post pctm̄ debito. Quarto si est iter eos ꝑlatiōis grad⁹. Quinto de pugna eorū ad nos.

¶ Utꝝ lucifer fuerit supmus oīuz angeloꝝ. I.

Ad primuz sic pcedit: vr q̄ lucifer nō fuit supmus oium: qz ad eū ſm Ezechielē. 28. dī. Tu cherub ꝓtegēs ⁊ extentus: sz ordo cherubin ſm Dio. et Grego. nō est supmus ordo. ergo videt q̄ nō fuit de supmo ordine. ¶ P. Damas. dicit de ipso q̄ preerat terrestri ordini: sz inferioribus ministerys ſm Dionysiū ꝑferūtur iferiores ordines. ergo videt q̄ fuerit de inferioꝝ ordinibus. ¶ P. nā cuiuslibet angeli ordinata ē ad bītudi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem:ſz nō eſt pbabile q̄ vina ordinatio in nā nobiliſſima totius vniuerſi fruſtrata ſit.ergo videt̄ q̄ iſte angelus qui ceteris ſuperior fuit a bītudine nō cecidit.¶ P.peccatū nō pōt eē in nā aliq̄ niſi bñte politatē que ꝓſequitur eam ſm q̄ ex nihilo eſt:ſz ſuperior angelus quāto deo q̄ ē act⁹ purus vicinior fuit tāto minus de poſſi habuit.ergo videtur q̄ peccatū in eo minime locū bñe potuit.

Sz contra eſt q̄ dicit Ezechielis.30. Oē lignuz paradiſi dei nō eſt aſſimilatū illi neq; pulchritudini eius:ſz p lignū paradiſi ſignificātur angeli. ergo videt̄ q̄ angelo peccāti ad quē verba p̄dicta referunt nullus angelor equari potuit.¶ P.Hzegorius dicit i hꝰa q̄ in alior operatōe ceteris clarior fuit:ſz ordo claritatis ē ſcōz gradū nāe.ergo peccās angelus ceteris altior fuit.

Reſpondeo dōm q̄ bāc q̄ſtionē Auguſtinus mouet.xi.ſup Geneſim ad lꝫam:ꝛ inde terminatā relinq̄t:eo q̄ de his q̄ ptinēt ad angelos pauca voluit aſſerēdo tradere:ſz poſtmodū Hzego.expſſe determinat q̄ fuit altior ceteris nō ſolū peccātibus:ſz etiā ſtantibus cui cōſentit ꝯmunis ſnīa: q̄ quidē probabilis ē.tum propter multas auctozitates q̄ hoc figuratiue exprimere videnť:tum etiā ex hoc q̄ nō eſt probabile creatozis eq̄li tatē aliquo modo illum ſpiritum appetiſſe:qui etiā alteri creature ſubiectus erat.vnde oportet q̄ ille qui hoc appetyt ceteris fuerit altior.

Ad primuz ergo dōm.q̄ dona ſperiorum ordinū quibus noiant̄ ſūt etiā in ſupiozibus ordinibus eminēter:vnde ſupior ordo noīe ſperiozis noiari pōt:ꝛ iō dico q̄ angelus ille nō dicit Cherub:qz de ordine Cherubin fuerit:ſz magis de ordine ſerapbin.dicit aūt cherub ad exprimēdum qualitatez culpe: qz.n.p elatiōis viciū cecidit:iō a ſcientia noiat̄ quā nomē cherub ꝺſignat: de q̄ dicit apoſtolus p̄me Lozin.8.Sciētia iflat ꝛc.¶ Ad ſecūdum dōm q̄ ſm quoſdā damaſ.loquit̄ recitādo opinionē quozūdā:ꝛ nō veritatē aſſerendo. Uel dōz q̄ q̄uis inferiorū ordinū ſit p̄ferri terreſtribus ſm hoc q̄ operationes imediate exequunt̄:tamē etiam illi qui ſunt ſupiozes terreſtribus p̄ſunt in hoc q̄ ſperiores illumināt:ꝛ eozum actus dirigūt.¶ Ad tertiū dicēdum.q̄ diuina ordinatio de nulla creatura fruſtrari pōt:qz etiaz ſi deficiat ab vno ordine relabitur i alium ordinē:vt i p̄mo libro dictuz eſt.

¶ Ad q̄rtum dicēduz q̄ angeli nō agunt ſm neceſſitatez nāe.ꝛ iō ille i quo ē minor diſpoſitio ad peccatuz pōt plus peccare:ꝛ iō peccatū ēt p̄mi angeli ceteris grauius fuit:inquātū i eo minus fuit flexibilitas ad peccādum.

¶ Utr̄ p̄mi angeli fuerit occaſio peccādi alys. II.

Ad ſecūduz ſic ꝓceditur. videtur q̄ peccatuz p̄mi angeli nō fuerit occaſio peccādi alys:illō.n.q̄ ē defozmatū nō pt occaſional̄r mouere ad ſuā imitationē:ſz ſtatim vt angelus peccauit defozmatus ē:ergo nō mouit alios ad ſuā imitationē. ¶ P.nō videť q̄ alys occaſionez peccādi daret niſi trahēdo eos ad conſenſum ſui deſideriy:q̄ fuit vt ceteris creaturis:ſicut deus p̄ferret: ſz in hoc aly non videtur conſenſiſſe: qz vt ſancti dicūt p ſuperbiā peccauerūt: dignius enī ē ſupiozi ſubeſſe.i.deo q̄ſ iferioribus.i.angelis:ꝛ illud q̄ ē dignius ſm eſtimationē ad minus ē magis a ſuppbiēte deſideratū ergo videť q̄ ſupior alys non ꝑſuaſerit caſum. ¶ P.iter alias cauſas vna aſſignat̄ reparatiōis hoīs:qz p aliuz ceciꝺit vt ſic congrue p aliū reſurgeret:ſz inferiorum angelorum caſus nō ē reparabilis.ergo videť q̄ nō ad ſuggeſtionē ſupiozis angeli ceciderūt. ¶ P.ſicut mali p auerſionē ceciderūt:ita ꝛ boni p cōuerſionē cōfirmati ſunt:ſz nō ponitur i bonis angelis vnus cā ꝯuerſionis alteriꝰ.ergo vr

q̄ nec ponēduz ſit in malis vnū eē cām ruine alterius.

Sz cōtra Apoca.12.dicit̄ q̄ draco de celo cadēs ſecum traxit tertiā partē ſtellarum:ſz trabere ptinet ad cām aliquo modo mouētē.ergo videť q̄ primus angelus alios ad peccādū ꝯmouerit. ¶ P. Job.41. dicit̄ de diabolo i figura leuiathan:q̄ ipſe ē rex ſup oēs filios ſuppbie:ſz ſm pb̄m.in.5.meta. Rex dicit̄ p̄mus iquātū mouet p ſuā voluntatē ꝛ iperiū:ſibi ſubiectos. ergo videť q̄ p̄mus angelus alios ad peccādum traxerit.

Reſpōdeo dōm q̄ circa hoc ē multiplex opinio:q̄dā.n.dicūt q̄ iter peccatū p̄mi angeli et alioꝛ nō attēdit̄ aliqs ordo niſi ſm quātitatē culpe: quia pctm̄ p̄mi angeli ceteris grauius fuit. Sz illud nō vr̄ conueniēs pp hoc q̄ ex modo loquēdi i ſcriptura deſignatur aliq̄ cālitas p̄mi angeli ad pctm̄ alioꝛ.Et iō alij dicunt q̄ p̄ceſſit tā grauitate q̄ cālitate ꝛ etiā tēpozis duratiōe.Sz hoc vr̄ iconueniēs:qz ſm damaſ.qō ē in hoībus moꝛa boc ē in angelis caſus:vñ ſicut moziētes in pctis ſtatim dānatiōi ſubyciunt̄:ita etiā angelus peccans ſtatim ſuā dānationē accepit ꝛ a bonozū cōſoꝛtio eiectus ē.vñ alios nō potuiſſet ad peccādum trahere . ¶ Et iō dōm q̄ pctm̄ p̄mi angeli aliozum pctā p̄ceſſit nō tātum quātitate culpe:ſed ēt cālitate:nō tamē duratōe:qō quo cōtingat ſic pōt videri. Ipſe p̄mus angelus.vt dcm̄ ē p̄us:voluit hoc conſequi vt ſicut nā alios p̄cellebat:ita eis quodā mō cā fuiſſet vltimā p̄fectionē cōſequēdi:ꝛ qz ipſe motus deſideriy idiuiſibilis fuit:ꝛ nō ꝺtinuus:iō p̄ncipiū eius non p̄ceſſit terminum ipſius:ꝛ iō motus alicuius cātus ab ipſo:qui incepit in termino eius:ſimul oīno fuit cum ipſo ſm q̄ hoc qō deſiderauit attētauit vt ad actum produceret alys ſuū deſideriū exponēdo:ꝛ ſimul cū hoc fuit aliozum viſio ꝛ puerſus deſideriy cōſenſus. Et ſimile ꝺtingit i oibus operationibus iſtātaneis:q̄rum vna eſt cā alterius:q̄ ſūt ſimul tēpoze:ſicut illuminatio aeris ꝛ viſio colozis:ꝛ diſcretio reiviſe etiā quātum ad ſenſibilia per accidens.

Ad primū ergo dōm.q̄ deformitas cōſecuta eſt in p̄mo angelo ex actu ſuo ſimul cum actu aliozum:viſio aūt ſperiozum angeloꝛ non ferebat̄ in angelum p̄mū ſm q̄ ex actu in ipſo relinq̄bat̄ deformitas: ſz ſcōam q̄ ex ipſo actus ꝓcedebat:que.n.cōiuncta ſunt tempoze per actum anime ſeparantur:ꝛ p̄cipue quādo vnum naturaliter p̄cedit alterum.¶ Ad ſecundum dicendum.q̄ inferiores angeli etiam per ſuperbiam peccauerunt:ꝛ tamen ſuperiozi ſubeſſe voluerunt:q̄ō ille obſtabat ſibi:vnde aliquid appetebant ſibyp̄ſis ex quo ſuperbiebant.vt ſcilicet ipſimet ſecundum poſſibilitatem naturalium ſuozum gloziam acquirerent:tamen ſub deo et nō ſub ſuperiozibus angelis: ꝛ q̄ eam in alios angelos inferiores tranſſunderent ꝛ aliquid appetebāt ipſi ſuperiori in quo ſibi conſentiebant.vt ſcilicet dictam dignitatez aſſequeretur:quia eadē ratio erat de vno ꝛ de omnibus. Et eſt ſimile de illis qui pari ratione ſe babent ad aliquid acquirendum:ꝛ ideo omnes in vnum conſpirantes quilibet ſibi et alys deſiderat.¶ Ad tertium dicenduz.q̄ iſta non eſt propria cauſa quare peccatum angeli fuit irremiſibile:ſed eſt aliqua congruitas vt peccatum hominis magis remedietur.¶ Et preterea non eſt ſimile:quia homo peccauit per alium tentantem: ſed inferiores angeli per alium occaſionem p̄eſtantem.¶ Ad quartum dicendū. q̄ conuerſio efficaciam habuit per gratiaz que non eſt ex aliqua creatura:ſed in auerſionem ſufficiēter virtus creature poteſt.¶ Preterea non eſt a veritate remotuz quin auerſio vnius angeli eſſet occaſio ꝛ exemplum conuerſionis aliozum:immo videtur ex hoc quod dicitur Apocal. .12.Michael ꝛ angeli eius ꝛc.

¶ Utrum angelis poſt caſum cōuenienter aſſignat̄ locꝰ.

Ad tertium ſic ꝓceditur.vr̄ q̄ inconueniēter aſſignatur locꝰ ipſis angelis malis pꝰ caſū. Illi.n.qui ex loco nullā impſſionē recipit equal̄r ꝯuenit oīs locus:ſz demones cū ſint incozpozee ſube non recipiūt aliqs impſſiones locales ꝛ cozpales: qz nec illuminār lūine cozpali nec infrigidār.g̃ vr̄ q̄ nibil ſit dictu q̄ eis vnꝰ locꝰ magis q̄ alius debeat̄. ¶ P.peccātiꝫ nō debeť niſi locꝰ carceralis:ꝛ penalis:ſed ſcom pb̄m i 2ᵒ ce. ꝛ mū.Pictagoras locū ignis dixit eē carcerē. g̃ vr̄ q̄ ibi deberēt eē pꝰ pctm̄:ꝛ nō in aere. ¶ P.locꝰ ꝺz eē ꝓportionat⁹ locato:ſz demōes per pctm̄ ſunt obtenebrati.g̃ vr̄ q̄ debeat eis locꝰ circa terrā q̄ ē cozpus opacū. ¶ P.cū demonib⁹ debeat̄ ꝓpetua pena nō ꝺz eis concedi a deo locus quē deſiderāt:qz deſideriuz cōpletū mitigat penaz. ſz demones libēter volūt hic eē nobiſcum:vnde leguntꝰ frequēter petiuiſſe ne i infernū mittāt̄ur.g̃ vr̄ q̄ ſemper debeāt in iferno eē. ¶ P.pctm̄ demonis ē grauiꝰ q̄ peccatū boīs:ſz aīe dānatoꝛ ſtatim ad inferna deſcēdūt:nec hic nobiſcū remanere p̄mittunť.g̃ vr̄ q̄ nec demones.

¶ P.vt dr̄ Ja.ſcōo in quadā glo.demōes q̄cūq; vadūt ſecū ignē iferni portāt:ſz ignis ille cū ſit cozpalis agit ex necitate nāe.g̃ vr̄ q̄ ad nos nūq̄ accedāt:qz oīa que circa nos ſūt ꝺurereť . ¶ P.quozū ē vnū pondus i cozpib⁹ ē vnꝰ locꝰ ſicut oīum grauiū cēt̄ꝛ i qō tēdūt ſuo motu:ſed ſm Aug.idē ē amoꝛ i ſpiritib⁹ qō pōdus i cozpib⁹.cū ergo oēs demones p affect̄ vni⁹ vicy ꝯueniāt. vr̄ q̄ vnus

Sed contra (locꝰ tm̄ eis debeat
eſt quod in littera dicitur.

Reſpondeo dōm q̄ āgelo ſm ſuā eēntiā locꝰ non debetur:vt i p̄io libꝛo dcm̄ ē.di .37. Sed ſolū quātū ad opatiōem vel p modū ꝛgruētie:ſicut i ope ꝛēplatiōis vl̄ p modū necitatis:ſic i his q̄ circa noſ opant̄:opatio āt angeli ſm nāz ſuā cū ſit ītellectual⁹ ſubā ē ꝛēplari. vñ oēs i loco ꝛēplatiōi cōgruēti.ſ.in celo empyreo creati ſūt:opatio āt glie nō differt ab opatiōe nāe eoꝛ:niſi ſic pfectū ab impfcō.Et iō idē locꝰ debeť angel⁹ ꝺditis ꝛ glioſis.ſed quātū ad ſtatū culpe vl̄ miſie pt eoꝛ opatio tripl̄r attēdi:aut ſm lucē nāe que in eis remanſit q̄uis obtenebrata p pctm̄:vel q̄tū ad culpe tenebras.et ſic debeť eis locꝰ tenebroſus ꝛ penalis:vl̄ q̄tū ad ordinē dine ſapiētie quo ex eoꝛ malicys bonū elicit̄:cā. ſ.noſtri exercity:ꝛ q̄tū ad hec tria ꝓpetit eis aer:p̄cipue quātū ad mediā ſui ptē:qz inq̄tū ē diaphonus p nām lucis ꝺsonat eoꝛ nāe pfecte:q̄tū aūt ad turbulētiā competit eis: vt penalis ꝺ culpā:inq̄tuz vero ꝓpinquus nobis ꝓpetit ad exercitiū. Sed iferni locꝰ cōpetit eis ꝺtra culpā inq̄tū ē bozridus ꝛ tenebroſus:noſtra aūt habitio ꝓpetit eis pp noſtrum exercitium

Ad primum g̃ dōz:q̄ nō dicūtur eē i loco: q̄ſi ex loco cozpali aliqd ſcipiētes:ſed q̄ſi circa locū opantes aliqd ꝓpriētatiꝫ loci ꝺsonuz. ¶ Ad ſcōz dōm:q̄ iter alia cozpa gñabilia ꝛ cozruptibilia ignis ē ſubtiliſſimus ꝛ plus bñt de luce:vñ angelis obtenebratis nō ꝓpetit:vñ magis deꝰ ꝛ boni āgeli ſm metaphoꝛas ab igne ſūptas deſcribūtur:vt dicit Diony.i fine celeſtis Dierarchie.Pictagoras āt logť de igne q̄ē i medio vni uerſi pōebat ibidē dr̄:ꝛ būc nos dicimꝰ eē ignē iferni q̄ ē bozridus ꝛ tenebroſus ꝛ locꝰ penalis demonū. ¶ Ad 3ᵐ dōm q̄ ps aeris iuxta terrā ē lucidioꝛ ꝛ calidioꝛ ea que ē in media regione aeris:qz ex reflexiōe radioꝛ ſolis multiplicatur ſplēdoꝛ ꝛ caloꝛ in aere:q̄ ē iuxta terrā. vndeva pores reſoluti ex aqua ꝛ terra eleuāt̄:ꝛ vbi inuenit̄ mioꝛ caloꝛ pp diſtantiaz a loco reflexionis vapoꝛ ille dimitti-

tur nāe ſue vnde ifrigidatur ꝛ cōdēſatur:ſic aq̄ calefacta ſepata a calefaciēte:ꝛ pp hoc locꝰ ille ē frigidꝰ ꝛ tenebroſus ꝛ exinde ꝺſcēdūt pluuie ꝛ grādines ꝛ venti ꝛ bō.Et iō rō ſupponebat falſum. ¶ Ad q̄rtū dōm q̄ ex b̄ q̄ circa nos ſunt nullo mō eoꝛ pena minuit̄ niſi q̄ ſibi pēale eſtimant nō poſſe nobis nocere:ſicut q̄ſ in inferno ſunt.

¶ Ad q̄ntū dōm erroꝛ grecoꝛ ē ponētiū nullā aiam ante diē iudicy neq; in infernū neq; in celū ire:ꝛ eſt deliruꝫ tus a fabulis pictagoricis ꝛ poetaꝛ:qui ponebāt aias ocioꝛ circuire ſepulchꝛ vſq; ad vindictam moꝛtis:ꝛ iterum nō redire ad comparē ſtellā añ ꝛpletū periodū vite que ante terminū i nā moꝛte finita eſt. ¶ Sed q̄ ſtatim aīe dānatoꝛ ad inferna deſcendant:ꝓbat̄ in littera ex iuſtis:qui illuc deſcēdebāt.ꝛ Job.ꝺicunt i bonis ꝛc. Luce.15. Moꝛtuus ē diues ꝛc. ¶ Et ſil̄r q̄ ſancti ſtatim i celos aſcēdāt ꝓbatur:ex hoc q̄ bī 2ᵉ cozinth.5. Scio enīz q̄ ſi terreſtris ꝛc. Et tm̄ vtriq; circa nos aliq̄ apparent ad vtilitatē nr̄am:ſicut angeli beati buc ad nos accedūt. nec ē ſil̄e de aīabus damnatoꝛ ꝛ demonibus:qz demōes ſm gradū nāe ſue ꝺſtituti erant ſupra nos:vt ex eis aliq̄ vtilitas nob ꝓueniret:nec b̄ oino p eoꝛ peccatuz depire debuit:vñ ꝺati ſūt nobis in exercitium q̄ō aīab⁹ non cōpetit. ¶ Ad ſextū dōm q̄ quidā dicūt penam ſenſibilez ipoꝛ demonū ꝺlatā eē vſq; ad diē iudicy:ſz b̄ vr̄ eē ꝛcōtra ſctoꝛ auctozitates:ꝛ ꝺtra rōnem dine iuſticie:q̄ ſtati aīas dānatoꝛ pene infernalis ignis adiudicat:quarū tm̄ pctm̄ non ē maius peccato dōmonū. ¶ Et ideo aly dicūt q̄ in igne ifernali ſemp ardēt:quē ēt ſemp ſecū deferūt: non tm̄ ignis ille alia corpa cōburit:qz agit vt inſtrm dini ne iuſticie in illa tm̄ que ad talez penā adiecta ſūt. Sz cū ſint incozpozei nō vr̄ ꝓbabile q̄ ignē cozpalē ſecū depoꝛtent. Uñ dōm q̄ ſemp igne infernali ardēt:non tm̄ eis ſp pñte ſm locū:qz nō agit cozpali mō calefaciendo ꝛ deſiccādo:ſed mō ſpūali.vnde nō regrit̄ determinata diſtantia ſicut in actiōe cozpali. ¶ Ad ſeptimū dōz.q̄ dcā tria loca debētur cuilibet demoni ſm diuerſas conditiones: vt dictum eſt.

¶ Utrum in demonibus ſit ordo.

Ad quartū ſic ꝓceditur . vr̄ q̄ i demonibus nō ſit ordo. dr̄ enim Job.io.q̄ in terra miſerie ꝛ tenebraꝛ nullus ordo:ſed ſempiternꝰ horꝛoꝛ inhabitat:illius aūt tetre demones ſunt in cole.ergo in eis non eſt aliquis ordo. ¶ P.in gbuſcunq; ē ordo ꝓlationis eſt aliq̄ ꝛcordia pacis.ſz demones videtur eē diſcordes:qz vt dr̄ ꝓuer.ii. Inter ſupbos ſp ſt̄ iurgia.g̃ ꝛc. ¶ P.ordo ꝓlationis cuiuſlibet ē ſm aliquā regulā iuris:ſed volūtas ꝺmonum nullo iure dirigi pōt:g̃ nō pōt in eis eē ordo ꝓlationis. ¶ P.ſupiores demones grauiꝰ peccauerūt ſm q̄ nālia meliora acceperāt q̄ que ſtare poſſēt:ſz illi q̄ magis peccauerunt grauiꝰ debent puniri.g̃ nō vr̄ ꝓbabile q̄ ꝓlatiōem ſup alios acceperint. ¶ P.inter boies dānatos nō ponitur aliqs ordo ꝓlatiōis:ſz boium dānatoꝝ ꝛ ꝺmonū ē vna dānatio.g̃ vr̄ q̄ nec i ꝺmōib⁹ ſit aliqs ordo.

Sed contra ē qō dr̄ Job.41.de ſquamis leuiathā per q̄s mēbra diaboli ſignificantur: q̄ vna vni adheret ꝛc.g̃ vr̄ q̄ ſit inter eos aliqua concordia ꝛ ordo ꝓlationis.

Reſpondeo dicēdū q̄ ordinē ꝓlatiōis in demōibus eē ꝛgruit eoꝛ nāe:ꝺine ſapie: et ꝓprie negtie. Ex nā enī qdā alys ſupiores fuerunt: ꝛ ga pctm̄ nām nō tollit:ꝺſeq̄t vt ēt poſt pctm̄ quidā alys ſuperiores remaneant. Ad ſapiaz ēt ꝺinā ꝑtinet: vt que ab eo ſūt ordinata ſint ab eo a quo oīs ptās eſt:vt dr̄ Ro.13. Et iō ptās demonū ad exercēdū boies ꝛ puniendus dā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD secundus sic ꝓcedit. Uideť q̄ icōuenienter dicatur rōnes seminales materie deus indidisse.qō enim recipitur in mā sensibili est in ea p eē nāe ꝛ nō p esse ītentiōis:qz mā cognoscitiua nō est formaruꝫ quas recipit: ſz p eas in eē specifico pficiť:ſz rō nō nominat formā ſz eē nāe:ſz p modū ītētiōis.q̄ vtutes rebus sensibilib⁹ indite rationes dici nō debēt. ¶ P. semē vt ex z°phy. habeť p̄n̄m acti

Universidad de Deusto
Biblioteca

uū nolat:potētia aūt māe nō est actiua sed passiua: cū nihil agat nisi ſm q̄ est in actu.q̄ rō seminalis māe attributa nō est. ¶ P. qō est in aliquo nō ꝓducitur ab eo nisi p modum exitus.si q̄ oium rerū semina deus in nā ꝓus posuit: videť q̄ generatio rerū sit p exituꝫ vnius rei ab alia ꝛ sic redibit error Anaxagore q̄ posuit qōlibet eē in quolibꝫ:ꝛ nihil pure esse B vel illud vt os vel caro:ſz vnūqōq; noīari ex ꝓdominātе:qō in p̄ phy.improbať. ¶ P. ad gnōnē rerū nāliuꝫ nō tn̄ sunt necessarie virtutes actiue:ſz etiā passiue.cū q̄ in seminalibus rōnibus vtutes passiue nō icludanť: videť q̄ ꝓter rōnes seminales etiā alie rōnes rebus idite debeāt dici. ¶ P. in nā iferiozi effectus nō ꝓcedūt ex suis causis vt semp vel nēcio:ſz vt frequēter.cū q̄ in lra describanť rōnales seminales ſm quas neče est aliqd fieri videť q̄ ad minus in nā iferiozi rōnes semiales posite nō sint.

Sz contra qz vt dicit Hrego. bñdictio dei dr̄ bonorū eius collatio ꝛ eoꝛūdē multiplicatio. cū q̄ deus legať Gene.p. sua opa bñdixisse:vī q̄ eis dederit virtutes q̄bus fieret eoꝝ multiplicatio:B aūt ipoztat rō seminalis. q̄ rōnes seminales a deo rebus indite sunt. ¶ P. Deut.3z° dr̄. Dei pfecta sūt opa perfectū aūt vnūqōq; ē:vt i 4°methauroꝝ. dicit quādo pōt alterū tale ꝓducere quale ipꝫ est. q̄ virtutes q̄bus B fieri possit rebus attribute sūt: ꝛ be sunt rōnes seminales. q̄ ꝛc̄.

Respondeo dōm:q̄ emanatio creaturarū a deo ē sic̄ exitus artificiatoꝝ ab artifice. vñ sic̄ ab arte artificis effluunt forme artificiales in mā:ita ēt ab ydeis in mēte dīuina existētibus fluūt oēs forme ꝛ virtutes nāles. Sz qz vt Dio. dicit in.z.ca. de di.no.ea que sūt creatoꝝ abundāter p̄sunt causis forme recepte in materia nō adequāt virtutes vel artem icreatꝛ a qua ꝓcedūt. vñ apud artificē remanet ex arte sua virtus aliquid aliter operādi circa ipsa artificiata quibus vtus artis alligata nō est.ꝛ similr in virtute diuina est vt aliqd rebus creatis addat vel mutet vel abstrahat.in duobus autē differt operatio dei ab operatiōe artificis. ¶ Prīo ex parte materie: qz cum artifex materiā nō ꝓducat:ſz ex materia data operetur potētiaz materie nō cōfert ad recipiēdū formas quas materie ī̄didit nec iferre in materiā potest.deus aūt qui totius rei auctoꝛ est nō solū formas ꝛ virtutes naturales reb⁹ ꝺtulit:ſz ēt potētiā recipiēdi illō qō ipe in materia facere vult. ¶ Scōo ex pte forme:qz forme q̄s iducit artifex nō ꝓducūt sibi similes:qz lectus putrescēs nō pullulat in lectuꝫ:ſz in plantā:vt ex z°phy.pz:forme aūt naturales sibi similes ꝓducere possunt:ꝛ iō ꝓprietatē seminis habēt ꝛ seminales dici possunt:forme aūt rerꝫ ſz q̄ in arte dīna existūt p̄mordiales eē dicunť:eo q̄ ipse sunt p̄ma p̄ncipia simpl'r rerꝫ ꝓducendaꝝ:potētia aūt q̄ rebus idita est ad suscipiēduꝫ illō in se qō volūtas dei disponit: rōnes obediētiales a quibusdā dicunť:ſm quas inest materie vt fieri possit ex ea qō ōs vult. Ipse aūt virtutes in materia posite p quas naturales effect⁹ ꝺsequunť rōnes seminales dr̄:ſz qd sint ſz rē seminales rōnes a diuersis diuersimode assignatur.qdā enī dicūt q̄ forma speī nō recipiť in materia nisi mediāte forma generis adeo q̄ est alia forma nūero p quā ignis est ignis ꝛ p quā ignis ē corpus.illa ergo forma gñalis incompleta rō seminalis dr̄.qz ꝓpter talē formā ineſt materie q̄dā iclinatio ad recipiēdū formas specificas. Hoc aūt nō vī eē verū: qz oīs forma q̄ aduenit post aliqō eē subale:est forma accidētalis. Si enī post eē in genere subē cōstitutū aduenit.ergo ea recedēte adhuc remanet indiuiduū in genere substātie: qō est cōtra rōnez forme substātialis:sicut dicit in scōo de aīa. ¶ Et p̄terea cum oīs forma det aliquod esse:ꝛ im possibile sit vnam rē habere duplex esse substantiale: oportet q̄ si p̄ma forma substantialis adueniens materie det

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi esse substātiale q̄ scōa supueniens det eē accidētale: et iō nō est alia forma qua ignis est ignis: ꝛ qua est corpus: vt Auic. vult. Et si cōmē. dicat in scō meta. genus nō esse materiā: sz formā mediam iter mām ꝛ vltimā formaz. B nō dr ad significandū ordinē formarū fm rē: sz fm rōnē: qz genꝰ q̄uis significet totū: vt Auic. dicit significat tamē vt idistictū: ꝛ ita ꝓpinque se hz ad rōnē materie. ¶ Et preterea sequeret q̄ res signata p genꝰ eēt pars spēi ⁊ stitute p formaz supaddita: ꝛ ita de spē p̄dicari nō posset. Nec ēt B conuenit fm itentionē Augustini: qz ex vtute forme gnālis nō necio segtur forma spālis. vñ nō est talis vtus fm quā necesse sit fieri sed fm quā fieri possunt. Jō alij dicunt q̄ cum oēs forme fm philosophū de potētia materie educant oz ipas formas p̄existere in mā incōplete fm quādā quasi inchoationē: ꝛ qz nō sunt in eē suo pfecte nō hñt pfectā virtutē agēdi sed incōpletā: ꝛ iō nō possunt p se exire in actꝰ nisi sit agens exteriꝰ qō excitet formā incōpletā ad agēdū: vt sic coopere tur agenti exteriori: aliter enim nō esset generatio mutatio naturalis: sz violēta qz vt in. 3. ethic. dr violētū est cuius p̄n cipium est extra nil cōferēte vim passo. has g̃ virtutes incō pletas in materia p̄existētes rōnes seminales dicūt: quia sunt fm esse cōpletū in materia sicut vtus formatiua in semine. Doc aūt, verū non videt: qz q̄uis forme educant de potētia māe: illa tñ potētia materie nō est actiua sz passiua tñ: sicut enim vt cōmē. dicit in. 8. phys. in motu locali opz eē aliud mouēs ꝛ motū ita etiā in motu alteratiōis: ꝛ ponit exēplū q̄ quādo corpus nāliter sanatur corest sanās ꝛ alia membra sanata: ꝛ iō sicut in corporibus simplicibus nō dicimus q̄ sint mota ex se fm locuz: qz ignis nō pōt diuidi in mouens ꝛ motū: ita etiā nō pōt esse alteratū ex se quasi aliqua potētia existēs in mā aliquo modo agat in ipsaz mām in qua est educēdo eaz in actuz: sz vtrūq; cōtingit in animatis: qz sunt mota fm locū ex se ꝛ etiā alterata ꝓpter distinctionē orgaꝝ vel partiū: quaꝝ vna est mouens ꝛ alterās ꝛ alia mota ꝛ alterata: ꝛ iō nō hoc modo potest accipi vtus seminalis in alys rebus sicut in habētibus aiam: nec tamē segtur si in materia est potētia passiua tñ q̄ nō sit generatio nālis: qz mā coadiuuat ad gnōnem nō agendo sed inq̄tum est habilis ad recipiendū talē actionē. que etiā habilitas appetitus materie dr ꝛ ichoatio forme. Nō enim eodē modo oēs motus nāles dicunt vt in scō phy. ꝛ in ꝓmo ce. ꝛ mun. cōmē. dicit: sz qdā ꝓpter p̄ncipiū actiuū intus exīs vt motus localis grauiū ꝛ leuiū: ꝛ quidā ꝓpter p̄ncipiū pas siuū quod est fm potētiaz ab agente naturali natā in actū educi: vt in generatiōe ꝛ alteratiōe simplicium corpoꝝ. vn de ꝛ nā diuidit in mām ꝛ formā. ꝛ iō ꝓcedo q̄ in mā nulla potētia actiua est: sz pure passiua ꝛ q̄ rōnes seminales dicū tur vtutes actiue cōplete in nā cuz ꝓpriis passiuis: vt calor ꝛ frigus: ꝛ forma ignis: ꝛ virtus solis: ꝛ hȝ: ꝛ dicunt semina les nō ꝓpter eē impfectū qō habeāt sic vtus formatiua in semine: sz qz reruz idiuiduis ꝓmo creatis hȝ vtutes collate sunt per opera sex dierꝫ vt ex eis quasi ex quibusdā seminibus ꝓducerent ꝛ multiplicarent res nāles.

Ad primuz g̃ dōm: q̄ hȝ vtutes actiue in natura dicuntur rōnes nō q̄ sint in materia per modū itentionis sz qz ab arte diuina ꝓducuntur: ꝛ manet in eis ordo ꝛ directio itellectus diuini sicut in re artificiata manet directio artificis in finem determinatū. ¶ Ad secundū dōm: q̄ rōnes seminales dicunt materie indite nō qz sint intelligende p̄existere in materia ante aduentum forme complete quasi pertinētes ad essentiaz materie vel ad rōnem eius fm q̄ est materia: sz per modum quo etiaz forme complete in materia esse dicunt. ¶ Ad tertiū dōm: q̄ Anaxagoras ponebat in aere ex quo generabatur ignis p̄existere quasdā partes ignis in actu latētes per quaruz exitum ꝛ congregationē ignis generari videbat. Doc aūt nos nō ponimus: sed q̄ in materia aeris p̄ecessit aptitudo ad formā ignis ꝛ in igne generāte virtus actiua per quaz hȝ aptitudo in actuz reducitur: ꝛ B nō est inconueniens. ¶ Ad quartū dōm q̄ sub rationibus seminalibus comprehēdun tur taz virtutes actiue q̄ etiam passiue que perfici possunt per agentia nālia sicut ꝛ in generatione animalis semē ex tento nomine dicitur nō solum sperma: sz etiaz menstruū. ¶ Ad qntū dōm: q̄ ocurrētibus omnibus causis nālibus ex qbus oībus vna pfecta causa cōstat necesse est effectum seq nisi aliqd impediat. Et B modo logtur Aug.

¶ Utrū ea q̄ fiūt ꝓter rōnes semiales sint miracla. III.

A B tertium sic ꝓceditur. Uidet q̄ ea que ꝓter rōnes semiales fiūt nō oia miracula sint. In opus enim creationis virtus semialis nature nō potest nec tamē opus creatōis miraculosuz dr: qz miracula sūt ad manifestationē gre vt in littera dicit ad qō creatio non est ordinata: sz magis ad istitutionē nature. g̃ videt q̄ nos sit rō miraculi in hoc q̄ ꝓter causas semiales aliquid fiat. ¶ P. creatio aiarū ꝛ iustificatio impioꝝ cū frequēter fiat: miraculosa nō est: qz miraculū est aliq̄ arduū ꝛ isolitū: vt Aug. dicit. ꝛ tamē isti effectus ꝓter rōnes seminales ꝓcunt. g̃ idē qō ꝑus. ¶ P. resurrectio mortuoꝝ cuz in spē sit deliū sit miraculosa nō est: qz miraculū est ꝓter spez admirātis apparēs: vt Aug. dicit. ꝛ tamē resurrectio mortuoꝝ q nām fieri nō pōt. g̃ nō oia q̄ ꝓter virtutē nature fiunt. miracula dicunt. ¶ P. quedā quādoq; fiunt ꝓter rōnes seminales que facultatez nature nō excedunt: sicut q̄ aqua cō uertatur in vinum vt factum legitur Joā. scō. Sed miraculum est supra facultatem nature apparēs: vt Augst. dicit. ergo videtur q̄ non omnia que ꝓter rationes seminales fiūt miracula sint. ¶ P. omnes virtutes actiue creaturis collate rationes seminales dici possunt: sed angeli ꝛ homines dicunt miracula facere. g̃ videt q̄ nō oia miracula ꝓter rōnes seminales fiūt. ¶ P. mōstra in natura cōtingunt ꝛ ꝓter itensionem nature agētis: nō tamē miracula dicuntur. ergo nō in hoc ꝓsistit rō miraculi quod est ꝓter rōnes seminales fieri.

Sed contra. Illa opa miraculosa dicimus q̄ in admiratiōnē dine vtutis iducunt: sz mutare cursuz solitū nāe nō est nisi illius virtutis que nāz instituit. g̃ ea ꝓprie miracula dici debēt que ꝓter virtutes actiuas in naturam cōtingunt.

Respondeo dōm: q̄ sic ex vbis p̄bi habet in principio meta. admiratio ex duob⁹ causat .s. ex hoc q̄ alicui⁹ effectꝰ cā occulta est. ꝛ ex eo q̄ aliqd in re videt q̄ nō alr eē deberet. vñ i B q̄ ē dyametruz q̄drati nō posse cōmēsurari lateri: admiratio cātur ex B: q̄ hui⁹ causa ignoraf: ꝛ ex B q̄ ex quitate linearū vr q̄ vna alteri cōmē surari possit. ꝛtingit g̃ aliqd esse admirabile simplr ꝛ aliqd eē admirabile quo ad hūc admirabile huic ē esse id cui⁹ cā occulta ē sibi ꝛ cui videt fm suā extimationē aliqd obuiare: q̄re nō ita eē deberet q̄uis in re nihil sit repugnans nec cā in se sit nimis occulta: ꝛ B pōt dici miruz illi: admirabile aūt i se ē id cui⁹ cā simplr occlta ē ita ēt q̄ in re ē aliq̄ virtus fz rei vitatē ꝑ quā alr debeat ꝛtingere. hȝ āt sunt g̃ immediate a vtute dina cāntur g̃ est cā occltissima: alio mō g̃ se habeat ordo cāruz nāliū sic q̄ cecus iterū videat ꝛ q̄ mortuꝰ resurgat ꝛ hȝ: ꝛ hec ꝓprie miracula dicunt q̄si in scipis ꝛ simplr ꝛ mira. Dec aūt q̄q; sunt supra nām q̄q; ꝓter naturam quādoq; cōtra naturā. Supra naturā dicitur eē miraculum quando natura non potest in ipsam substātiaz facti: sicut diuisio maris rubri: suscitatio mortui ꝛ huiusmōi. illa vero dicunt ꝓter naturā fieri in quo quidem nā po-

test q̄tum ad substātiā facti: sz tamē ꝓter opationē nature fiūt iussu dīno ꝛ q̄ hec dicant miracula ꝛtingit ex trib⁹. primo ꝓpter excessum ꝛ singularē quēdā modū sicut rane ꝓducte in egypto in tāta multitudine sīc antea visum nō fuerat. Scōo ꝓpter hoc q̄ hoza determinata ꝛtingunt ad inuocationē diuini nominis: sicut q̄ manus ieroboā extensa ꝛtra ꝓphetaz arefacta fuit ꝛ ara eius diuisa. 3. Ro. 13. Tertio q̄ aliqd vlr cōtingit sicut in veteri lege de aqua çelotipie Nume. 5. q̄ post potū illius venter adultere dīno miraculo putrescebat. Lōtra nāz aūt dr fieri quādo in re est aliquid cōtrariū ei q̄ fit sic q̄ grauе surſum tenderet ꝛ q̄ vgo peperit vel aliqd huius ita q̄ miraculose sequat actꝰ manē re ꝛtia nā que. s. est ꝓncipium cōtrary actus.

Ad primum dōm: q̄ creatio ꝓprie loquēdo nō est opus miraculosum: qz deficit vna cōditio miraculi, q̄uis enim cām occultā habeat tamē nō est in re. vñ aliter eē deberet imo esse rerū nāli quodā ordine a ꝓmo ente ꝓducitur q̄uis nō per necessitatez nāe. ¶ Ad scōm dōm: q̄ nec etiam creatio animaꝝ vel iustificatio impiorū ꝓprie miracula debēt dici: qz q̄uis sint ꝓter ratiōes seminales agentes ad perfectionē effectus: nō tamē est ꝓter eas disponētes. dispositio enim corporis ad receptiōez aie ꝛ preparatio volūtatis ad susceptiōez gratie est per virtutem creature collatam. si tamē sine tali preeedēte preparatione vel aīa ifunderetur vel grā cōferretur ꝛ vtrūq; miraculū dici posset: vt pz in formatiōe ꝓmi hois ꝛ in ꝓuersione Pauli nec tamē segtur ex vi rōnis iducte: qz insolitum q̄ in diffōne miraculi ponitur nō dicit raritatem facti: sed excludit solitum cursuz nature. vñ si quottidie ceci illuminarent nihilominus miraculuz eēt: qz ꝓter cursuz nālez g nobis est cōsuetus cōtingeret. ¶ Ad tertiū dōz: q̄ resurrectio miraculosa erit q̄uis enī sit fz spez gratie est tamē supra spem nāe: ꝛ hec duplex spes distinguit in glosa Ro. 4. Qui cōtra spem in spem credidit ꝛc. ¶ Ad quartū dōz: q̄ q̄uis cōuersio aque in vinū nō fuerit supra facultatē nature q̄tum ad modū faciēdi. nō enī pōt natura aquā in vase existentē subito in vinū cōuertere: sz ꝑ digōnem ꝛ maturationem vite. ¶ Ad qntū dōm: q̄ miracula nō faciūt boies et angeli quasi eoꝝ vtute effectus ille agatur: sed boies impetrādo precibus: ꝛ angeli per ministeriū. ¶ Ad sextū dōm: q̄ q̄uis monstra ꝛtingāt in natura ꝓter itentionē vtutis formatiue que agit in semine: tñ reducunt in aliq̄ causas nāles. ꝛtingunt enī ex aliqua in dispōne māe sicut ex ꝓncipio ꝓximo vel ex impressiōe alicuius signi celestis: sicut ex ꝓncipio remoto.

¶ Questio. II.

Deinde queritur de formatōe mulieris ex ꝓle aie. ꝛ circa B querunt tria. ꝓmo vtruz aīa rōnalis sit extraducx vel ꝑ creationē si nō extraducē. Querit scōo vtruz creetur a deo imediate vel mediantibus angelis. Et tertio querit vtrum aīa sensibilis ꝛ vegetabilis sit extraducx.

¶ Utrū aīa humana traducata parentibus. I.

B ꝓmum sic ꝓceditur. Uidet q̄ aīa humana etiam a parentibus traducat. Dicit enim Heb. 7. Oēs anime que egresse sūt de femore Jacob ꝛc. Sz nō egreditur aliqd filij ex femore patris nisi ꝑ traductionez seminis. g̃ videt q̄ B modo aīa filij ex parentibus veniat. ¶ P. omne id qō dat cōplemētū operationi cooperatur operāti. si g̃ deus ꝑ hoc q̄ ifundit aīam adulteroꝝ operationez perficeret videt q̄ adulteris cooperetur. ꝛ B videtur iconueniens: qz qui operatur iniquo nō est ab iniq̄tate imunis. g̃ videt q̄ aīa rationalis nō ifundatur a deo: sz traducatur a patre. ¶ P. filij a parētibus originale peccatū cōtrahunt: vt Apostolus docet Ro. 5. Sz accidēs non potest traduci nisi traducatur subm eius. g̃ videt q̄ aīa rōnalis que est subm culpe originalis a parentibus traducat. ¶ P. in oi generatiōe vniuoca generās dat spēm suā generato: qz agens ꝛ finis generatiōis icidunt in idem spē: vt in scō physi. dr. sz cuz homo ex homine ꝓcedit est generatio vniuoca. cū g̃ homo spēz habeat ex aīa rōnali videt q̄ animā rōnalem ex parētibus recipiat. ¶ P. sicut dicit cōmē. in scō meta. impassibile est vt sint diuersi agētes quorum vnius actio terminet ad subm forme ꝛ alterius ad formā: qz ad subm forme actio agētis nō terminatur nisi fm q̄ recipit formā: sequeret enī vt ipse dicit q̄ subm ꝛ forma eēnt duo distincta ex quibus nō fieret vnuz si essent termini diuersarū actionū: sz corpus organicū est subm huius forme que est aīa rōnalis. cū g̃ per actionē virtutis formatiue corpus organicum: videt q̄ eius actio se extendat ad ipsaz rationalē aīam: ꝛ sic anima rationalis traducitur. ¶ P. vt in 4° methauroꝝ dicitur. pfectū vnūq̄q; est quando sibi simile potest ꝓducere. cuz ergo aīa rōnalis sit perfectior oībus formis nālibus videtur q̄ cu virtute aliarū formaꝝ educant similes forme in actuz: multo fortius aīa rōnalis B possit facere. ¶ P. deus die septima a condendis nouis creaturis cessauit: sz nouū est q̄ nullo modo in preexistentibus ꝓexistit. ergo oportet aīas singuloꝝ hoiuz g modo generātur in operibus. vi. dieꝝ ꝓexistisse. cū igitur in ꝓpria nā nō ꝓexiterint vt heretici dicūt videt oēs aīas i aīa ꝓmi hois extitisse. g̃ videt q̄ ex eius aīa oēs aīe traducant sicut ex eius carne ois caro humana traducitur.

Sz contra est q̄ dicit philosophus in. 16°. de aīalib⁹ q̄ intellectus ab extrinseco est ꝛ in lib°. de ꝓprietatibus elementoꝝ dicit q̄ in nāo fit spūs vite iussu dei: ꝛ ita videtur q̄ nō traducatur a patre. Doc ēt auctoritate sacre scripture ostēditur: qz Gene. 2. dicit. B nūc os de ossibus meis ꝛ caro de carne mea: multoq; carius amātius q̄ diceretur aīa de anima mea si sic esset aīa de aīa: vt caro de carne: ꝛ os de osse. ¶ P. Ysa. 42. dicitur ex persona domini: oēm flatuz ego feci. i. aiam: ꝛ sic videtur aīa nō extraduce: sed ex creatione esse. ¶ P. Eccle. vlti. dr. Donec spiritus reuertatur ad deum qui dedit illū ꝛ sic videtur humana aīa a deo creata esse. Et hoc Aug. disputādo inducit. io°. super Genes ad litteram.

Respōdeo dōm: q̄ traductio duo importat. s. originē ꝛ decisionē: nō enim ignis generatus ab igne generāte traduci ꝓprie dicitur. Similr nec ligniz diuisum in partes dicitur q̄ eius vna pars ab alia traducatur. vnde traductio ꝓprie dicitur in generatiōe animatoꝝ que est ꝑ decisionē seminis: ꝛ ideo non potest dici traduci ab aliquo illud qō ab eo originem non habet nec diuisionem recipit. diuiditur aūt aliquid dupliciter. s. per se vt corpus: ꝛ per accidēs vt forma corporalis materie ipressa: anima vero rōnalis nec corpus est nec virtus corpalis qō ipsa sua operatio ostēdit: que sine corpore est: ꝛ ideo traduci nō potest per modum diuisionis ꝛ in hoc consistit ratio Arist. 16. de animalibus. vult enim q̄ quozum principiozum operationes sunt sine corpore illa principia non traducātur ꝑ semen. Similiter etiam patet q̄ nullo alio modo originez potest habere anima filij ex anima patris: aut enim hoc eēt: quia intellectus filij ab intellectu patris oriretur mediante virtute generatiua ꝛ formatiua: aut immediate. Primū autem est impossibile: quia effectus non potest esse immaterialior sua causa. vnde cuz virtus generatiua sit potentia materialis non potest eius actio ad formam immaterialē determinari. Secundum etiam esse non potest: quia cum sit duplex agēs fm Auicē. vnum quod habet causalitatez

Universidad de Deusto
Biblioteca

respectu totius speciei sicut sol est causa generabilitz ↄ corruptibilitz: aliud aũt qõ est causa respectu vnius idiuidui tm: sicut ꝙ hic ignis est causa hui⁹: neutro aũt mõ aĩa vni⁹ potest esse causa anime alterius. In causis enim que essẽtialiter habẽt ordinẽ ad totã spẽz oportet ꝙ causa ↄ causatum nõ sint eiusdẽ ordinis nec eiusdẽ speciei: qz hꝫ directe causalitatẽ suam supra essentiaz speciei inq̃tum hꝫ. vñ fm hoc nõ omnes anime rõnales essent eiusdẽ speciei. Similr etiã nõ potest eẽ per alium modum quo aliquid in vna spẽ est causa alterius in eadẽ specie: qz hoc nõ cõtingit nisi fm hoc ꝙ agẽs mouet mãm ad talẽ formã: aĩa aũt rõnalis nõ est quid ex materia ad minus preexistente ↄ forma compositũ nec est forma materialis q̃ possit educi de potẽtia materie: sicut alie forme materiales: vt dictũ est. vnde relingꝫ ꝙ pncipium originis ipsius anime rõnalis sit aliqõ pncipiuz separatũ: ↄ hoc quidẽ cõmuniter cõceditur ↄ a theologis ↄ a philosophis.

Ad primuz g̃ dõm: ꝙ locutio illa est synedoca. ponit enim pars pncipalis. ſ. aĩa ꝓ toto homine: ↄ hic modus loquẽdi cõsuetus est in sacra scriptura ↄ apud philosophos. vñ phꝫ dicit. 9. ethic. ꝙ totus homo dicitur itellectus ꝓ modũ quo etiaꝫ tota ciuitas dicit rectos ciuitatis. ¶ Ad scõz dõm: ꝙ opatio adulteri põt dupliꝛ cõsiderari aut fm eẽ mortale: ↄ sic ꝓ vt est deformis nõ cooperat ad ipsam deus: ſz ꝓhibet. Aut fm ꝙ est in spẽ naturali: ↄ sic est bonũ quoddã. vnde nõ est iconueniens vt tali opationi inq̃tum bona est deus qui in oibus opatur complementũ apponat. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ: ꝙ q̃uis petrũ originale sit in aĩa sicut in subto: tamẽ causat in aĩa ex ifectione seminis ↄ est in eo. ſ. in semine q̃uis nõ sicut in subto trãsiẽ in causa. ↄ ideo ꝓ traductionez seminis ↄ nõ aĩe petrũ originale traducitur. ¶ Ad 4ᵐ dõm: ꝙ hoc ꝙ agens agat sibi simile cõtingit dupliꝛ: aut qz forma fm quã silitudo attẽditur per actionẽ de potẽtia in actuz educit: aut qz ꝓ actionẽ disponitur materia vt sit nećitas ad receptionẽ forme. ↄ pmus modus est quo ad oẽs in formis accidẽtalibus. Secundus aũt est etiã fm Auic. in oibus formis substãtialibꝰ qz ipse vult oẽs formas substãtiales eẽ a pncipio separato: ſz fm Aristo. ↄ cõmẽ. forme substãtiales materiales pertinent ad pmũ modũ ↄ aĩa rõnalis ad scõm. ↄ hic modus sufficit ad hꝫ ꝙ agẽs agat sibi simile: qz nõ ꝓprie forma generatur: ſz compositũ. ¶ Ad qntũ dõm: ꝙ rõ illa ꝓcedit de diuersis agẽtibus nõ ordinatis. ſ. quoꝝ vnũ non opatur in altero: ſz in ipsa operatiõe nature operat deus. vñ nõ est icõueniẽs ꝙ actio eius pertingat ad aliquẽ terminũ in quem nõ se extẽdit actio formate virtutis. sic enĩ ipse deus in natura operãs ẽt organiçatione corꝓis faĉ. vnde est q̃si actio cõtinua reducta in vnuz agẽs ↄ que terminatur ad vltimã dispõnem subiecti ↄ que terminat ad formaz q̃tum ad pmũ cooperet sibi natura ↄ non q̃tum ad scõm. ¶ Ad sextũ dõm: ꝙ aĩa rõnalis nec ex materia cõposita est nec eẽ forma materialis quasi in materia impressa: ↄ iõ nõ potest ꝓduci ab aliquo agẽte quod accidẽtalem causalitatem habeat ad ipsam ex parte materie que inducitur ad formã: sic̃ est in alijs formis materialibus: ſz oz ꝙ ꝓducat a pncipio qõ hꝫ causalitatẽ essentialẽ respectu eẽntie eius: ↄ hꝫ nõ potest esse vnius speciei. ¶ Ad septimũ dõm: ꝙ aĩe que nũc creãtur sunt eiusdẽ speciei cũ aĩa ade que in operibus. vi. dierũ creata fuit: ↄ iõ vt Aug. dicit. io. super Geñ. iam tũc aĩam fecerat quales: ↄ nũc facit: ↄ iõ nõ aliqõ nouũ creature genus nũc facit qõ tũc in suis cõsũmatis operibus nõ creauerit. ſ. qõ q̃tũ ad similitudinẽ spẽi nõ ꝓextiterint: etiã quodãmodo in illis pmis operibus fm causales rõnes: qz sicut ibidẽ subdit Aug. corꝓoribꝰ humanis quoꝝ ex istis opibus ꝓpagatio cõtinuata successiõe ꝓtendit tales congruit animas inseri quales nũc facit atq̃ cõserit.

¶ Utrũ aĩa rõnalis sit adeo mediantibus angelis. II.

Ad secundus sic ꝓcedit. Videt ꝙ aĩa rõnalis ꝓcedit a deo mediãtibus angelis. ↄ pmo ꝙ hoc qõ bñ in li. de causis: qz itelligẽtie pme influunt formas fixas stantes: sicut est aĩa: ſz itelligẽtias angelos dicimus. g̃ videt ꝙ a deo mediãtibus angelis ꝓducat. ¶ P. a cã ifinita nõ põt imediate ꝓcedere effectus finitus vt põt ꝓbari per demõstratiões phi in pmo ce. ↄ mũ. vbi ꝓbat ꝙ corꝓus ifinitũ nõ põt agere: sed deus est causa ifinite virtutis. g̃ cuz aĩa sit quid finituz nõ põt imediate a deo ꝓduci. ¶ P. nõ minoz est ordo in spũalibus q̃ in corꝓoralibꝰ: ſz videmꝰ in corꝓoralibus supioza iferioꝝ causas eẽ. g̃ multo fortius ꝫ in substãtijs spũalibus esse dz. g̃ cũ angeli sint altioris nature q̃ aĩe: videt ꝙ angelis aĩe ꝓducant. ¶ P. per eadez est reditus in finẽ vltimũ: ↄ exitus a pmo pncipio: ſz aĩa rõnalis in deũ reducit per angelos: vt Diony dicit. g̃ videtur ꝙ etiã mediãtibus angelis a deo ꝓcedat. ¶ P. cũ ois operatio sequat naturã rei: ab illo res hꝫ eẽ cui⁹ vtute ꝓpriam operationẽ ꝓticipat: ſz ꝓpe opatio aĩe rõnalis est operatio itellectualis: cũ g̃ hec operatio cõueniat sibi ex virtute intelligentie vt in libro de causis dr. videt ꝙ ipsa fm suum esse mediãtibus angelis ꝓducatur.

Sed contra est qõ Geñ. ꝓ. dicitur. ꝙ ispiranit deus in faciẽ eius spiraculũ vite: hꝫ aũt est aĩa rõnalis q̃ homo viuit. ergo videt ꝙ imediate a deo fit. ¶ P. Dama. dicit oẽs illos cuz patre suo dyabolo maledictos qui angelos aliquid creasse dicũt: ſz aĩa nõ põt educi eẽ nisi ꝙ creationẽ: cũ de potẽtia materie nõ educat: vt dr. ↄ nec ex materia ꝓposita vt sic possit gñabilis eẽ vl ꝙ se vel ꝓ accñs. ergo vr ꝙ mediãtibꝰ angelis ꝓducta nõ sit.

Respõdeo dõm: ꝙ sic supra dcm est res sub quodam ordine a pmo pncipio ꝓdysse quidam pli opinati sunt. posuerũt enĩ a pmo pncipio qõ de⁹ est. ea grẽ vnũ: ↄ simpliꝛ nõ potuisse imediate plura ꝓdire eo ꝙ ideo natũ est facere idẽ: ↄ iõ a pmo imediate ꝓcedit itelligentia pma in quã icidit ex eo ꝙ ab alio esse hꝫ q̃dã pluritas potẽtie ↄ actus: ↄ ita ab hac itelligẽtia ſz hoc ꝙ itelligit pmus pncipiũ dicũt effluere scõz itelligẽtiã que è miozis acumulatis q̃ pma cã: cũ causatũ sit deficiẽs a sua causa eẽntialiter fm aũt ꝙ itelligit se ꝓut est in actu fluit ab ea aĩa ozbis que mouet: ↄ fm ꝙ cõsiderat se q̃tũ ad id qõ est in ipsa potentia fluit ab ea ipsa substãtia ozbis: ↄ sic deiceps vsq̃ad vltimã itelligẽtiã q̃ mouet vltimũ ozbẽ quã dicũt itelligẽtiã agentẽ: ↄ ab hac dicit Auicẽ. effluere aĩas hũanas ↄ cetera alias formas substãtiales in istis iferioribus: ↄ materiã generabiliũ ↄ corruptibiliũ reducũt: sic̃ in causaz in subz oppbis ↄ diuersas variatiões q̃ circa materiã accidũt reducũt sicut in cãz in motus celestes ↄ oẽs has causas medias: sic̃ ↄ pmã ponũt agẽtia essentialia q̃ causant essentiam rei sine motu: nõ aũt sunt causa fiẽdi tm per motum: sic̃ cause agentes naturales: ↄ iõ oibus itelligentijs attribuũt quẽdã modũ creatiõis ſz ꝙ eoꝝ actio nihil ꝓsupponit ex pte rei que ꝓducit: ſz tm ex parte agẽtis cui⁹ actio firmatur sup actionẽ cause supioris: vt sic sola actio pmi pncipij ꝓsit vere dici creatio que nõ firmatur in alterius actiõe: sed in ipsa firmant cetere actiões. Dec aũt positio debile hꝫ fundamentũ: sic̃ etiã cõmẽ. ostẽdit in. ii. meta. qz cũ dr actio de genere de rebus naturalibꝰ est q̃si equoce dicta: qz in naturalibus agẽtibus actio segtur ex nećitate forme. vñ ſz vnitatẽ forme opz eẽ vnitatẽ in effcũ: ſz in dñis actio segtur itellectum iõ fm ꝙ diuersa ab vno põt itelligi ita diuersi effectus ab vno imediate ꝓcedere põt: ↄ fm hꝫ multitudo a deo ꝓcedit ꝓut se itellexit vt ydeã pluriũ. i. vt participales diuersi

moda ímitatiõe ipsa ẽt positio veritati fidei nõ ꝛonat q̃ solũ deũ creatorẽ enũciat in quo oĩs ydolatria tollit cui ꝓcul dubio maximũ fomentũ dcã opinio subministrat: vñ fz fidẽ nõ ꝓt poni aliqd eẽ cã alteri⁹ ꝓ⁹ deũ nisi ꝙ viã motus ↄ gñationis: ↄ ideo oĩum eoꝝ q̃ per gñatiõem nõ increatũ ↄ corꝓoralium: ↄ ideo imediatã cãm ponere vt sũt angeli: aie subcelorꝝ: ↄ mã elemẽtorꝝ: ↄ pie ypostases in oib⁹ spẽb⁹: dcã ẽt positio tollit honorẽ aiarꝝ sãctarꝝ qb⁹ ꝓmittit ãgelorꝝ eccl̃ias Mat. ii. in ꝓsecutiõe vltimi finis ꝙ nõ posset esse sicã eẽntialis aie ãgelus eẽt cũ eẽ cãti semꝑ dependeat a sua cã eẽntiali: sicut ↄ Anſel. ꝓbat ꝙ repatio hũani gñis ꝙ ãgelũ fieri nõ debuit ne dignitati aiarꝝ derogaret. Secret ẽt aliud incõueniẽs ꝙ vltia btitudo aiarꝝ non eẽt in dina fruitiõe: ſz poti⁹ in fruitiõe angelorꝝ: qz vltima perfectio ad quã res põt pueire ẽ h: vt ↄ iũgãtur suo pncipio. Et iõ a phis ponit vltimã felicitatẽ hois eẽ in continuatiõe intell⁹ polis ad intelligẽtiã agentẽ: siue talis ↄtinuatio sit inuita fz q̃sdã: siue ꝓ⁹ hãc vitam fm alios.

Ad primum g̃ dõm: ꝙ in hac mã auctoritates libri de cãis recipiẽde non sunt: quia ille g libꝝ illũ ꝓposuit hꝰ errozis auctor fuisse iueniꝫ nisi quis velit extorte expõere: qõ ẽ ꝓter nr̃z ꝓpositũ. ¶ Ad 2ᵐ dõm: ꝙ illa rõ si vim hẽat ↄcludit ꝙ nihil a deo imediate cãet. qz oẽ quod ẽ ꝓter ipm finitũ est nisi forte fm aliquẽ modũ subas sepatas infinitas eẽ ponam⁹ non sim plr. sed fm qd. ſ. versus iferi⁹: vt in libro de causis dr: hꝫ ẽ fm ꝙ eius vtus nõ limitat ad determinatos effcũs i his que sue opatiõi subdũt quo ẽt mõ infinitatẽ hꝫ aĩa rõnalis tã ex pte itells agẽtis quo ẽ oĩa facere: q̃ ex pte intellectus polis quo ẽ oĩa fieri: ↄ cui⁹ẽ formã vlem recipe i qua sũt põ infinita singularia: qõ ẽ ẽt euidẽs arguñtũ imãlitatis ipsi⁹ aie ↄ ꝙ exducẽ non sit: ga oĩs forma mãlis finita ẽ. vt in. 8. phꝫsicoꝝ. ꝓbat. Et iõ ad rõnez illã dõm ẽ ꝙ ẽt si de⁹ sit infinit⁹ simpliꝛ: effcũs tñ ei⁹ dupliꝛ limitatur ꝓ ↄncipalr ex ordine sapie eius que cuilibet rei certos terminos ꝓfigit. 2° ex pte recipientis: qz influentiã agentis recipit patiens ꝓ modũ virtutis sue: ↄ non ꝓ modum virtutis ipsi⁹ agentis. ¶ Ad 3ᵐ dõm ꝙ ẽt i corꝓalibus nõ ponimus superi⁹ eẽ cãm inferioris nisi per modũ mouentis ↄ gñantis: ↄ hꝫ in subys spũalibus non ponimus: quia per gñatiõem ↄ motũ ineẽ nõ ꝓducũtur: sed tñ sicut. supiora corꝓa mouẽt inferiora ad gñationẽ: ita supiores subẽ spirituales mouẽt inferiores ad ꝓpriã opatiõem fm ꝙ Dionysi⁹ dicit inferiores angelos a supioribꝰ illuminari: ↄ homines ab angelis. ¶ Ad 4ᵐ dõm ꝙ quelibet res tendit in finẽ vltimũ per ꝓpriã opationez. ↄ iõ fm ꝙ per illuminatiõem superioꝝ inferiores illuminãt ad ꝓprias operatiões dicũt per eos in deũ reduci. Non ẽ enim inconueniẽs vt vna creatura ponat cã mot⁹ vel opãtionis alteri us. ſz nõ ẽ silis rõ de exitu reꝝ a pmo pncipio: qz res non erit a suo pncipio per hꝫ ꝙ aliqd opeř: sed solũ per hꝫ ꝙ aliqd a pncipio recipiat. ¶ Ad qntũ dõm: ꝙ si intelligatur aĩa ꝓticipare opatiõem intellectualem ab intellia hꝫ mõ ꝙ põ itelligendi insit aie ꝓvirtutez intelligẽtie bereticuz est ↄ redit in dcñ errorẽ: qz põ intelligendi segtur naturã aie: si aũt intelligatur hoc mõ ꝙ ania inuetur in sua operatione ꝓ illuminatiõem angelorꝝ: ex hoc non põt ↄcludi ꝙ aĩa fm suã nãm ab angelis creata sit non enĩ a quocũq̃ iunat res vel mouet ad opus ab eo esse habet.

¶ Utꝛ anima sensibilis sit extraduce. III.

Ad tertiuz sic ꝓcedit. vñ ꝙ ẽt aĩa sensibilis nõ sit ex traduce. Nulla enĩz suba simpliꝛ ꝓfecta in esse que sit hꝫ aliquid educitur in eẽ nisi per creationem: sed aĩa sẽsibilis ẽ hꝫ sba. ergo ↄ. ¶ Probatio medie.

illud qõ ẽ trñ forma: ↄ nõ hꝫ aliquid non põt eẽ motoꝝ. vñ in octauo phꝫcoꝝ phus vult ꝙ: forma ignis non sit motoꝝ in motu eius naturali: non enĩ põt habere perfectam ↄ absolutã actiõem que debetur motozi qui non hẽt esse perfectum: sed aĩa sensibilis est motoꝝ in aĩali. ergo est hꝫ aliquid habens eẽ perfectum ↄ ꝙ sit simpliꝛ per se ꝓz.

¶ Preterea cmentatoꝝ dicit in tertio de aĩa ꝙ non põt eẽ aliqua virtus cognoscitiua ex cõmixtione elementoꝝ sed ea que ꝓducũtur per actionez nature in inferioribus elemẽtis producũtur per actiõem qualitatum actiuarum ↄ passiuarum elemẽtoꝝ cmixtoꝝ: eo ꝙ nulla virtus actiua est in istis inferioribus nisi ꝓ qualitates eleñtares vt cõmen. dicit in vndecio metaphꝫce. cũ ergo aĩa sensibilis sit virtus cognoscitiua: videtur ꝙ nõ per opationem nãe traduci possit: sed per creationem in eẽ ꝓducat. ¶ P. omnis operatio nature inferioris reducitur in virtutem celestem: sicut in virtutẽ ꝑmi alterantis: sed ꝓ virtutem celi aĩa sensibilis educi non potest cũ corꝓus celeste inanimatũ sit: ↄ nihil agat vltra suã spẽm: qz effectus nõ põt eẽ potioz causa agente. ergo vr ꝙ non ꝓ operatiõem nãe sed ꝓ creatiõem in eẽ educatur. ¶ Preterea eoꝝ q̃ sunt idẽ fm subam nõ potest vnũ creari quin alterũ creetur: sed in hoĩe ania sensibilis: ↄ aĩa rõnalis sunt idẽ per essentiam. ergo vr ꝙ cum aĩa rõnalis non traducatur: sed creetur: ꝙ silr nec anima sensibilis: sed fm aĩam sensibilem non differt homo a bruto. ergo videtur ꝙ etiam in brutꝛ anima sensibilis sit per creationem. ¶ Preterea quãto aliquid est nobilius tanto nobiliozem cãm habet vt saltem non minus nobilẽ: sed aĩa sensibilis nobilioz ẽ i animalibus perfectis q̃ in generatis ex putrefactione. ergo cum in generatis ex putrefactiõe non possit poni anima sensibilis ex aliquo pncipio naturali ꝓduci: cum nõ generẽtur ex sibi similibus: ↄ ita opozteat ꝙ a pncipio supernaturali aĩam sortiantur: videtur ꝙ multo fortiꝰ hoc necessariuz sit in animalibus perfectis.

Sed contra ẽ qõ dicitur Geñ. i. Producant aque reptile anime viuẽtis: sed aque non ꝓducunt nisi illud ꝙ virtute nature ꝓducitur. ergo videtur ꝙ per virtutem feminalẽ rebus collatam anime sensibiles ꝓducãtur. ¶ Preterea phus dicit in. io. de aniaꝝ ꝙ intellectus solum ab extrinseco ẽ. ergo videtur ꝙ aĩa sẽsibilis nõ sit ab extrinseco.

Respondeo dicẽdum: ꝙ circa hanc q̃stionem diuerse inueniũtur opiniones ↄ philosophoꝝ: ↄ ẽt magistrozũ. Quidã enim philosophi vt Plato: Auicẽna ↄ Themistius posuerunt oẽs animas a pncipio separato eẽ: quod quidẽ pncipiũ Plato ydeã posuit: Auicẽ. Intelligẽtiam agẽtem. Et theologi banc viaz tenentes ipm deũ. Ratio aũt que ꝓdictos philosophos mouit vt ↄmen. narrat septio ↄ vndecimo metaphꝫce ẽ sũpta ex aniabꝰ putrefactis: q̃ ẽt obyciẽdo tacta ẽ. Et silr ex hꝫ ꝙ in nãlibꝰ nihil inueniꝫ agẽs nisi forma accidẽtalis vt caloꝝ ↄ frigꝰ quoꝝ actiõe nõ põt aĩa ꝓduci: cum nihil agat vltra suã spẽm. Sed tñ aduertẽdũ ẽ ꝙ nullus phus inter aiaz sensibilẽ ↄ alias formas subales distinxit q̃tũ ad oziginẽ: quia ꝓdicti phi oẽs formas subales eẽ a pncipio sepato posuerunt: tã aiam sensibilẽ q̃ formã lapidis vel ignis. Alij vero vt Aristo. ↄ ↄmẽ. eius qui ponũt formas alias mãles ex põ mãe educi virtute agẽtium naturaliũ: ponũt ẽt aĩam sensibilẽ extraduce eẽ eo ꝙ eẽ formaꝝ nãliũ nõ ẽ ipaꝝ absolute: sed ipozum cõpositoꝝ: non enĩ per se possũt subsistere: ↄ ideo ipsis formis ꝓ se loquẽdo non acgrit eẽ: ſz subys cõpositis: vñ forma per se loquẽdo neq̃ fit neq̃ gñatur: sed ↄpositum: et qz oẽ qõ gñatur: generatur ex sibi sili. ideo opz ꝙ gñans

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel inducens ad formā sit cōpositū ex mā ⁊ forma: ⁊ non forma tm̄ vl̄ suba separata: ⁊ i hoc sustētaī Arist. i 7° metaphice: ⁊ p eandē rōnē oñdit in. i 7. de aialib⁹ aiam vegetabilē ⁊ sensibilē nō ab extrinseco eē oñdēs eas eē formas māles: ex hoc q̄ opatiōes exercēt mediāte corpe: qō est bz cē absolutū a mā: bz ēt opationē a mā absolutam. Et iō valt q̄ oīa p̄ncipia vl̄ virtutes quaꝝ opatiōes nō exercētur sine corpe nō sint ab extrinseco: fz ab agēte corpali: ⁊ q̄ intell⁹ solus sit ab extrinseco: q̄ ei⁹ opatio ē sine corpore: ⁊ ēt eius eē absolutū ē. vnde sibi debeē factio nō tā tū p accidēs: fz ēt per se vt cē incipiat: ⁊ opz tūc q̄ h̄ sit z^m modū sibi competētem: ⁊ a p̄ncipio separato. Aliq̄ vō phi attēderunt ad ipas formas ac si eis per se fieri deberet: ⁊ iō posuerunt oēs formas esse a p̄ncipio formali sepato. Sz positio Arist. multo rōnabilior ē: q̄ nihil incipit vel fit vl̄ gñatur: nisi fm modū quo eē hz. Et iō concedimus aiam sensibilē ⁊ vegetabilē extraduce eē. Modus aut̄ traductionis talis ē. cū. n. oē agēs vniuocum ⁊ p̄mū i. ducat spēm suam in patiēte: ⁊ cibus fm q̄ ē patiēs: ⁊ alterātū in nutrimētum corporis cedat: q̄ nutrit fm q̄ ē pōcaro: vt in p̄io de gñatiōe: ⁊ in scō de aia dicitur: opz q̄ in fine spēm ⁊ virtutē nutrimēti recipiat. añ q̄ vltimā assimilatiōem q̄n efficiāt actu ps determinata: vt caro vel os ē in ea virt⁹ spēi indeterminate ad h̄ vel illud: q̄ determinatio ad h̄ vl̄ illud ē fm p̄piam virtutē determinate partis: ⁊ iō cū semē sit residuū vltimi cibi propinquissimi ad vltimā cōuersionē: ē in ea potētia totū: ⁊ nō actu aliq̄ ps: ante vō q̄ resoluat̄ p actū vtutis gñatiue sepatū a reliquo sui gñis ē in eo pō illa indistincta: sicut forma tot⁹ nī ē in parte nisi in pō: q̄n aūt separat̄ efficit̄ actu hns talem potētiā vl̄ formā: sicut ēt videm⁹ in aialib⁹ anulosis in q̄bus fm phm: vna ē aia in actu ⁊ plures in pō: vñ q̄n diuidūtur efficiūt quelibz pars aiata hns aiam distincta. Jn hoc tm̄ differūt: q̄ pp paruā dīam organoꝝ in illis aialibus ps ē fere toti ꝑsilis: ⁊ iō in parte remanet aia pfecta: sicut erat in toto: semē aūt decisum nōdū ē actu sīle toti sz in pō ꝓpinqua: ⁊ iō non remanet post diuisionē ania in actu: sz in pō pp q̄ō dr̄ vndecio de aia q̄ semē in pō viuit: ⁊ non actu. Dcc āt pō non ē passiua in semine maris: sicut dicim⁹ ligna: ⁊ lapides eē i pō dom⁹. Sic. n. ē pō i mēstruo mulieris: sz ē pō actiua: sicut dicim⁹ formā domus in mēte artificis eē pō domus vñ arti ꝓparat eā phūs in. i 7. de aialibus: ⁊ hāc pōm Auicē. ⁊ cōmē. in septimo metaphice vocāt virtutē formatiuā que q̄dē virt⁹ quātū ad modus opandi media ē inter intellectū: ⁊ alias vires aie. Alie tm̄ vires vtunt̄ in suis opationib⁹ determinatis organis. Jntellectus aūt nullo. h̄ āt vtiāt aliquo corpali in sua opatione quod nōdū hz determinatā spēm: subm aūt et organū h⁹ virtutis ē spūs vitalis inclusus in semine. vñ ad continēdū hm̄ spūs semen ē spumosum: ⁊ hec ē cā albedinis ei⁹. Duic aūt spūi coniūgitur virtus formatiua magis p modus motoris q̄ p modū forme. ⁊ si forma eius aliquo mō sit. vnde dicit cōmētator in septio metaphice: q̄ includit in semine virt⁹ illa quodāmodo sicut vniūt motores oribus. Illi āt corpali spūi coniūgitur triplex calor. ſ. calor elemētaris qui ē sicut instrm̄ resoluēs ⁊ consumēs: ⁊ hui⁹ opans: ⁊ calor aie qui ē viuificās: ⁊ calor celi cuius virtute mouet ad spēz determinatā: ⁊ virtute hui⁹ triplicis caloris virtus formatiua conuertit mām a muliere p̄parata in subaz mēbroꝝ per modū quo ē transmutatio corporis in augmēto. vt. i 5. de aialibus dicitur. ⁊ fz q̄ p̄ceditur in pfectione organoꝝ fm h̄ aia icipit magis ac magis actu esse in semine que p̄ius erat in pō. ita q̄ cōceptū p̄ticipat opa vite nutritiue: ⁊ tūc dr̄ viuere vita plāte ⁊ sic deinceps donec peruēiat ad cōpletā silitudis gñant.

Ad primum g̃ dicēdū: q̄ ania sēsibilis nullo mō ē h̄ aliqd: q̄ nec hz aliquā ptē sui p quē idiuiduetur: nec hz eē subsistens ⁊ absolutā cū nulla eius operatio sit nisi mediante corpore: nec hoc ipm̄ q̄ō ē mouere motu progressiuo facit sine organo corporali: ē eni duplex virt⁹ motiua: vna imparans: ⁊ altera iparata. Imparans est virtus appetitiua sensitiua cui⁹ actus constat q̄ nō est sine orgāo corporali: virtus āt motiua imparata: ⁊ exequēs motū ē vis quedā musculis ⁊ lacertis affixa quoꝝ motu totū corpus mouetur: ⁊ sic pz q̄ in motu aialis hec operatio que ē mouere non ē aie sensitie fz se: sed mediāte organo corporali: vnde non segtur q̄ eē absolutū hēat. Ad scōz dicēdū: q̄ ex actione q̄litatū elemētariū segtur aliquid dupl̄r. vno mō ex ipsis scōz se sicut sapor ⁊ odor: durū ⁊ molle. ⁊ alia que determinātur ī q̄rto methauroꝝ: ⁊ sic nec ania sensibilis nec aliq̄ forma subalis ex actionibus earū sequitur: q̄ sequeretur q̄ forme substātiales ex necessitate māe inducerentur. vt empedocles dixit: alio āt modo sequitur aliquid ex eis: sic ex instrumētis: vt dicit pphūs in scō de anima q̄ ignis i motu augmenti: est sicut instrumētuz regulatum: sed p̄cipaliter agens ⁊ regulās ē virtus aie dirigens indeterminatā quātitatem: ⁊ sil̄r dico q̄ ex actionib⁹ q̄litatum actiuarū ꝑsegtur aia sensibilis: ⁊ alie forme subales fz q̄ in eis vt instrumētis manet virtus aie vl̄ alteri⁹ substātialis forme: ⁊ ipsius celi: ⁊ ideo non opz cū non agāt i virtute sua tm̄: q̄ ex actionibus eaꝝ nihil seq̄tur vltra earū spēm: q̄ ex motu istrumēti sequitur effectus fz rōnē principalis agētis. Ad tertiū dicendū: q̄ suppōsito fm̄ fidē nostrā q̄ celū sit corpus inaiatū nihilominus tm̄ ponim⁹ q̄ motus ei⁹ fit ab aliqua suba spūali: sicut a motore: ⁊ cū motus sit actus motoris ⁊ mobilis opz q̄ in motu nō tm̄ relinq̄tur virtus corpalis ex pte mobilis: sed etiā virtus quedā spūalis ex pte motoris: ⁊ q̄ motor est vniꝰ nobilissima vita: ideo non est inconueniens si motus celestis inquantum est in eo intensio ⁊ virtus motoris per modū quo virtus agentis p̄ncipalis est in instrumento ē cā vite mālis q̄lis est p aiam sensibilē ⁊ vegetabilem.

Ad 4^m dōz. q̄ q̄uis bō ⁊ equus in hoc conueniūt q̄ ē sensibile: nō tm̄ opz q̄ aia sensibilis sit vnius rōnis in homine ⁊ equo: quia homo ⁊ equus nō sūt vnū anial in spē. vnde i hoie aia sensibilis ē multo nobilioz q̄ in alys animalibus quātū ad p̄ncipales actus: vt pz in actibus interioꝝ sensuum: ⁊ in operatiōe tactus qui ē p̄ncipalis sēsus: in omni enī toto potestatio pō inferior superiori coniuncta perfectioz inuenitur: vt potestas p̄positi multo excellentioz est in rege: aia āt sensibilis in hoie per eēntiam ꝺiūgitur aie rōnali: ⁊ ideo totū ē per creationem: sed tamen modus traductionis seminis est silis in hoie ⁊ i alys animalibus: q̄ in semine bois est ēt virtus formatiua sicut i alys aialibus: sed q̄ actio illius virtutis ē mālis: vt dcm̄ est: non potest actio eius pertingere ad eēntiā imāles: sed tm̄ per actionē huius virtutis p̄ius consequitur concepta vitā nutritiuā: ⁊ postea vitā sensitiuā. Sed quia vt Aui. dicit in hoc p̄cessu sunt plurime gñationes ⁊ corruptiones sicut q̄ semen conuertit̄ in sanguinez: ⁊ sic deinceps quādo venitur ad secūdā perfectionē: p̄ia perfectio nō manet eadem numero: sed acquiritur simul cum acquisitione scōe: ⁊ sic pz q̄ in infusione aie rōnalis simul consequitur in vna eēntia aie aiam sensitiuam ⁊ vegetatiuam: ⁊ priores perfectiones non manent eedē numero. Ad quintū dōm: q̄ in aialibus generatis ex putrefactione virtus celi: vt cōmen. dicit in septimo metaphice supplet locum virtutis formatiue in semine. hꝰ enim aialia ꝓper sui imperfectiōem non requirūt tot ad sui generationez

sicut aialia pfectioza in gbus opz q̄ cū virtute celesti ad sit in semine vtus aie a p̄re derivata. ē eni virt⁹ celestis in oib⁹ corpibus inferioribus sicut vtus motoris in moto: vt inducat vnūquodq̄ in spēm fm̄ māe disponez: ⁊ hec vtutes celestes in elemētis recepte vocātur a phō in. i 7. de aialib⁹ virtutes aie gbus oīa elemēta plena dicit eo q̄ hꝰ vtutes sūt sufficiētes ad aiatōem māe si ptigāt ad aliquā cōplexionis eq̃litatem. Aut si de pedibus ad seruitutem subyciendam. Expositio textus

NOn videtur hē eē vex p hꝰ q̄ dicitur Ben. 3. Sub viri potestate eris. Et dicēdum q̄ hꝰ in penā mulieris inobediētis inductū ē. Uel dōz q̄ non ē sub ptāte viri p modū seruitutis sed p modū gubernatiōis. (Jōq̄ potius de illo tē.) Dec cōclusio nō sequitur: cui⁹ rō in obiectionibus dcā est (Eo sane miraculo.) Dec sillitudo ēt ad p̄bādum eius p̄positū non valet ⁊ q̄ Aug. eo mō multiplicatiōem illā factā dicit sup Jo. sicut ex paucis granis crescunt multe segetes q̄ quidem per attractionem humoris a terra certuꝫ ē fieri. Angelorum ministerio facta sit tē. Qō quidē ministerium eē potuit in separatiōe coste ⁊ in congregatione māe ex cuius conditiōe corpus mulieris formatum ē. Tamē pp effectus diuersos tē. Et h̄ ē fm̄ q̄ dicūtur plures ydee fz diuersos respect⁹ ad creaturas: vt supra i p̄io lib⁹ dcm̄ ē.

Be p̄io hois statu añ pctm̄. ſ. q̄lis fuerit fm̄ corpus ⁊ fm̄ aiam. Distin. XIX.

SOlet q̄ri plura de primo hois statu añ pctm̄. ſ. qualis fuerit homo p̄iusq̄ peccaret ⁊ in corpore ⁊ in aia mortalis: an imortalis: passibilis: an ipassibilis. Be termio inferioris vite: ⁊ de trāsitu ad supiorē: de mō propagatiōis filioꝝ: ⁊ alia multa que nō inutiliter sciūtur: lz aliq̄n curiositate q̄rant̄. Et p̄iusquā ad animi q̄litatē ptinētia, psequamur: de q̄litate ei⁹ fm̄ corp⁹ ⁊ mō ꝓpagationis filioꝝ ⁊ p̄io aliꝰ q̄busdā inspiciam⁹. Prim⁹ igr̄ hō fz nāz corpis terreni ⁊ imortalis fuit quodā mō fm̄ aliqd: q̄ potuit nō mori: ⁊ mortalis quodam mō: q̄ potuit mori. Jn illo nāq̄ p̄io statu habuit posse mori ⁊ posse nō mori: ⁊ hec fuit p̄ima būani corpis imortalitas. ſ. posse nō mori. Jn scōo ꝺo statu p⁹ pctm̄ habuit posse mori: ⁊ nō posse nō mori: q̄ in hoc statu moriēdi est necessitas. Jn tertio statu hēbit posse nō mori ⁊ nō posse mori: q̄ ad illū statū ptinet moriendi ipossibilitas: q̄ō ex gr̄a erit: nō ex nā. Jn p̄imo statu fuit corp⁹ hois aiale. i. egēs alimonis ciboꝝ. Uñ ⁊ bō fcūs dr̄ eē in aiam viuētez: nō spūalē. i. in aiam corp⁹ sensificātē: q̄ō adhuc erat aiale: nō spūale. Qō egebat cibis vt p aiaz viueret. Fcūs ē igr̄ in aiam viuētē. i. vitā corpidantē: tm̄ p sustētamenta ciboꝝ. ⁊ tūc erat corp⁹ mortale ⁊ imortale: q̄ poterat mori ⁊ poterat nō mori. Post pctm̄ ꝺo factū ē mortuū: sicut dicit ap̄ls. Corpus ꝓp peccatū mortuum ē. i. necessitatē moriendi in se hz. Jn resurrectione vero erit spirituale. ſ. agile ⁊ cibis nō egēs ⁊ imortale: non sicut in statu p̄io tm̄ fuit. ſ. q̄ posset nō mori: sz ēt q̄ ñ poterit mori. Uñ Augu. sup Gene. ap̄l's ait. Corp⁹ quidā mortuū est pp. p. tē. Pri⁹ de limo terre formatum est corp⁹ aiale nō spūale: cū quali resurgem⁹. ⁊ renouabimur a vetustate: nō in corp⁹ aiale quale fuit: sed in meli⁹. i. spūale: cū boc mortale induet imortalitatē: in quā mutādus erat Adaz nisi mortem corpis aialis peccādo meruisset. Non eni ait ap̄ls. Corp⁹ mortale ē ꝓpter peccatū: sed mortuū. Illud eni ante pctm̄ mortale ⁊ imortale erat: q̄ poterat mori ⁊ non mori. Aliud ē aūt non posse mori. aliud posse non mori. ideo factū ē per peccatū non mortale: q̄ō erat: sed mortuum q̄ō non fieret nisi peccaret: aiale enim non ē boc corpus sicut p̄imi hominis fuit: sed iam deterius est. hz eni necessitatez moriendi. Ecce hic enidēter apit Aug. q̄ corpus hois ante peccatū mortale ⁊ immortale fuit: sed nō qualr̄ fiet in resurrectione. Be hoc eodē Beda super Genesim ait. Nō est credēdum añ peccatū ita fuisse mortua corpa nostra sicut mō. ait eni apostolus. Corpus ꝓpter peccatum mortuū ē: sed licet fuissent animalia nōdū spūalia nō tm̄ mortua: q̄. ſ. necesse eēt mori.

Utr̄ imortalitas quā habuit ante peccatum eēt in ꝺitiōe nāe: an ex gr̄e beneficio.

SOlet hic queri cū primus hō mortale ⁊ imortale corp⁹ habuerit: vtruz ex ꝺitione nāe ipsius corpis habuerit vtrūq̄: an alterū bñficium eēt gr̄e. ſ. imortalitatis. i. posse non mori. Ad q̄ō dici pōt: q̄a alterum hēbat in nā corpis. i. posse mori: alterū vero. ſ. posse non mori erat ei ex ligno vite. ſ. ex dono gratie. Unde Aug. super genesim. Quo creatus ē homo imortalis: q̄ō erat ei de ligno vite: non de conditione nāe. Mortalis erat conditione corpis anialis: imortalis beneficio conditoris. Non enim imortale erat q̄ omnino mori non posset. quod non erit nisi vbi fuerit spūale. Aperte dicit q̄ non ex nā: sed ex ligno vite habebat posse nō mori. Propter hoc aliqui dicunt q̄ nisi illo ligno vteretur: nō semp viueret: quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non vteretur: quia p̄ceptum erat ei vt comederet de omni ligno paradisi: nisi ō ligno scientie boni ⁊ mali. Sicut ergo peccauit comedēdo quod erat prohibitum: ita etiaz peccaret si non comederet q̄ō erat iussum.

Si nō foret p̄ceptū vt de illo ligno ederet: ⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs ꝛ nó illo vteretur:an posset non mori.

SEd adhuc querit si non esset ꝓceptus vt de ligno vite ederet ꝛ alijs ꝛ non illo vesceret: nliqd posset non mori. Si sép viueret nó vtés illo ligno: nó erat ei ex illo lignoposse nó mori. si vo nó posset emp viuere: id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicit q si non fuisset ei ꝓceptum vesci de illo ligno ꝛ alijs ꝛ nó illo vesceret: viueret semper: sic determinates illud qó supra dixit Augu. s. erat ei de ligno vite: nó de ꝺditióe nãe tm. s. qsi nó ex ꝺditióe nãe solúmó erat ei: sz êt ex ligno illo. Alijs ãt vi q ex ligno vite erat ei posse nó mori: nó ex nã. Jóqz eni dz potuisse si mori. qz poterat vti illo ligno: ó quo edés nó moreret.

¶Questio Aug. qúo imortalis factus sit hó.

DE hac vero hois imortalitate qualis fuerit. Aug. sup Genesim questionẽ monẽs: sic ait. Querit qúo imortalis fact⁹ sit hó ꝑ alijs aiantib⁹. ꝛ quomó cum illis cóem acceperit alimoniã. Sed alia ẽ immortalitas carnis quã in Adam accepim⁹ alia quã in resurrectione speram⁹ per christú. Ille factus ẽ homo imortalis vt posset nó mori si non peccaret. moreret ãt si peccaret. Filij vo resurrectionis nec poterunt vltra peccare nec mori. Caro nostra nõ túc egebit refectióe eibo⁹. qz nulla poterit eẽ defectio. Caro Ade ante peccatum ita imortalis creata est: vt per alimoniam adiuta esset mortis ꝛ doloris expers. sic ergo immortalis ꝛ incorruptibilis cõdita est caro hominis: vt suam imortalitatem ꝛ incorruptionem per obseruantiam mandato⁹ dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur vt de illis lignis concessis manducaret: ꝛ ab interdicto abstineret: per hoꝛuz eduliuz immortalitatis dona conseruaret: donec corpalibus incrementis perductus ad etatem que conditori placeret multiplicaret progeniez ipso iubente sumeret de ligno vite quo perfecte immortalis factus cibi alimenta non vlterius requireret. Ecce bis verbis videtur Augustinus tradere q caro primi hominis imortalitatem i se habuerit que per alimonias cibozum conseruaretur vsq ad tempus sue translationis in melius quando de ligno vite comederet ꝛ ficret omnino immortalis ita vt posset mori.

¶Quod ex ꝓdictis consequi videtur hominẽ de natura sue conditionis aliquo modo fuisse imortalez. sed non omnino fieret imortalis nisi participato ligno vite.

HEc aliqui dicunt q imortalitatẽ de natura habebat qua poterat nó mori que alio⁹ lignoꝝ esu poterat conseruari. sed nó poterat cósumari nisi per assumptionem ligni vite. quod videtur Aug. sentire super Genesim dicẽs. Hoc quoq; addo talem cibũ illaz arborem pstitisse quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur non sicut ex alio cibo sed in spiratióe salubritatis occulta. Hic inuere videtur q cuz alijs cibis posset corpus sustentari. hoc cibo indeficienti sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur q sicut in natura sui habuit immortalitatez quãdam. s. aptitudinẽ moriẽdi. ita aliquã imortalitatem in natura sua habuerit. i. aptitudinem quandã: qua nó poterat nó mori cibis aditus sed si per pstitisset imortalitatis perfectio esset ei de ligno vite. Sed qui hoc tradút qúo superiora Aug. verba qbus dicit q erat imortalis ex ligno vite: huic sentẽtie nõ ꝓtradicãt diligẽter inquirant.

¶Diuisio textus.

Sed q̄ originale petrñ culpa sit. pluribus sanctoz̄ testimoniis edocet. sup exodū vbi dicit: primogenitum asini mutabis oue. Gregorius ait. Oēs q̄ in petrō nati sumus ⁊ ex carnis delectatiōe cōcepti: culpā originalē nobis cōtraximus. vnde ⁊ voluntate nr̄a peccatis iplicamur. Ecce culpas originalē dicit nos trahere. vñ cōstat originale petrñ culpā esse. Aug⁹. quoq; in libro de natura ⁊ gr̄a de hoc eodē sic ait. Oēs vt ait apl's peccauerūt. vtiq; vel in seipsis vl̄ in adā: q⁹ sine peccato non sunt: vel qđ originaliter attraxerūt: vel qđ malis moribus addiderunt. Petrñ enim primi hominis nō solum: sz omne nocuit genus humanū: q⁹ ex eo dānatione simul ⁊ culpaz suscepimus. Idē sup psal. qnq̄gesimū. Oz de corpe mortuo seminat̄ cū vinculo peccati originalis nascit̄ ⁊ mortis: ideo igit̄ se iniquitatibus concepturz dicit David: q⁹ in oibus trahit̄ iniquitas ex Adaz ⁊ vinculum mortis. nemo enim nascit̄ nisi trahens penaz ⁊ meritū pene. Meritū aut̄ pene petrñ est. ois ergo q̄ nascit̄ ꝑ carnis ꝛcupiscētiā petrñ trahit. petrñ itaq; originale culpa est: quā oēs ꝛcupiscētialiter cōcepti trahunt. Uñ in ecclīasticis dogmatib⁹ scriptū est. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites: oēm hoiem qui per concubituz viri ⁊ mulieris cōcipit̄: cuz originali petō nasci: impietati subditum: mortiq; subm: ⁊ ob hoc nā ire nasci filiū: a qua nullus liberat̄ nisi per fidē mediatorem dei ⁊ hoium. His aliisq; auctoritatib⁹ euidenter ostēdit̄ petrñ originale culpā eē: ⁊ in oibus cōcupiscētialiter genitis trahi a parentibus.

¶ Quid sit quod dicitur originale petrñ. s. fomes peccati. i. concupiscentia.

Nunc superest videre quid sit ipm̄ originale petrñ: q⁹ cuz nō sit actuale nō est actus siue mot⁹ aie vel corporis. Si enim actus est aie vel corporis actuale vtiq; petrñ est. Sz actuale nō ē. nō est igit̄ actus vel motus. qđ igit̄ originale petrñ dī fomes peccati. s. cōcupiscētia vel concupiscibilis: q̄ dī lex mēbroz̄ siue lāguoz nāe: siue tyrānus qui est in mēbris nr̄is: siue lex carnis. Uñ Augus. in li. de baptismo paruloz̄. Est i nobis ꝛcupiscētia q̄ nō est ꝑmittēda regnare. Sūt ⁊ ei⁹ desideria q̄ sunt actuales ꝛcupiscētie: q̄ sunt arma dyaboli q̄ veniunt ex lāguore nāe. lāguor aūt iste tyrānus est qui monet mala desideria. si ḡ vis esse victor tyrāni atq; inermē inimicū inuenire: non obedias cōcupiscētie male. His verbis satis ondit̄ comitem petī esse cōcupiscētiaz.

¶ Quid nomine cūcupiscentie intelligitur: que dicitur fomes peccati.

Nomine aūt cōcupiscētie nō actuz cōcupiscēdi: sz vitiū primū significauit: cui ea dixit legē carnis. vñ illud in tractatu de verbis apl̄i sic ait. Semp pugna est in corpore mortis huius: q⁹ ipsa cōcupiscētia cum qua nati sumus finiri nō pōt. q̄diu viuim⁹ quot

tidie minui pōt: finiri nō pōt. Que aūt est cōcupiscētia cū qua nati sumus? vitiū vtiq; ē qđ parvulū habilē cōcupiscere facit: adultū ēt concupiscentē reddit: sic̄ eni in oculo ceci in nocte vitiuz cecitatis ē: sz nō appet: nec discernit̄ iter videtez ⁊ cecū nisi luce veniēte: sic in puero vitiū esse nō apparet: donec etatis ꝙuectionis tps occurrat. Ex his dat̄ itelligi qđ sit originale petrñ. s. vitiuz ꝛcupiscētie: qđ in oēs ꝛcupiscētialiter natos ꝑ adā itrauit: eosq; ꝛmaculauit. Uñ aug. i li. de bapmo par. Adā ꝓter imitatiōis exēplū occulta ēt tabe carnalis ꝛcupiscētie siue tabificauit in se oēs de sua stirpe vēturos. Uñ Apl's recte ait. In quo oēs peccauerūt. circūspecte ⁊ sine ambiguitate dic̄ Apl's. Siue. n. itelligat̄ in quo hoie siue in quo petō: sanū est. In adā. n. oēs peccauerūt vt i mā: nō solū ei⁹ exēplo: vt dicūt pelagiani. Oēs. n. ille vn⁹ hō fuerat. i. in eo māt̄ erāt. Manifestū est itaq; oēs i adā peccasse q̄si in massa. Ipe eni ꝑ petrñ ē corrupt⁹: quos genuit oēs nati sūt sub petō. Ex eo igit̄ cōstituti sunt petōres: ita ⁊ in illo vno petō qđ itrauit in mundū: recte oēs dīr peccasse: q⁹ sic̄ ab illo vno hoie: sic ab eodez vno petō immunes eē nō pōt: nisi ab ei⁹ reatu per xp̄i bapm absoluant̄. alia q̄ ꝓpria sī petā: in qb⁹ tm̄ peccāt quoz̄ petā sī: aliud hō vnū in quo oēs peccauerūt. i. ex quo oēs petōres ꝓstituti sunt.

¶ Hō sit petrñ in quo oēs peccauerūt. s. originale quod ex inobedientia processit.

Hoc ē originale petrñ quo petōres nascuntur oēs cōcupiscētialiter geniti: qđ ex adā siue ex ei⁹ inobedientia emanauit: ⁊ i posteros dmigrauit. Uñ aplus cōsequēter ꝑ inobedientiā vni⁹ hois multos dicit eē ꝓstitutos petōres: que est actuale petrñ. Cū añ dixerit ꝑ vnū hoiez petrñ itrasse i mūdū: ⁊ in eo oēs peccasse: qđ de originali dictum est oporteret accipi.

¶ Exquo sensu dictuz est per inobedientiā vni⁹ multos cōstitui peccatores.

Quod ḡ ait. ꝑ inobedientiā vni⁹ multi cōstituti sunt petōres: eo sensu dcm̄ eē intelligendū ē: q⁹ ex inobedientia ade. s. ex petō actuali ade: ꝓcessit originale peccatum: quo oēs peccatores nascuntur: vt ⁊ in illo esset: ⁊ in omnes transiret.

¶ Oz peccatū originale in adā fuit ⁊ in nobis est.

Unde aug. Juliano hērico nllz peccatū in parvulis eē ꝓtendēti rñdēs apte asserit peccatū originale ex voluntate ade ꝓcessisse: ac ꝑ ei⁹ inobedientiā in mūdū itrasse. Querit. n. Julian⁹ ꝑ qđ peccatū inuenit in par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nulo: ita iquiēs. Nō peccat iste q nascit. nō peccat ille q genuit: nō peccat ille q ꝑdidit. Per qs igr rimas iter tot pfidia inocētie pctī fingis ingressuz? Et rīdet ei scā pagina. p vnū boiez peccatū itrauit i mūdū. p vnī⁹ iobedientiā ait apl's: qd qrit ampli⁹? qd qrit apti⁹? Irē ingt Julian⁹. Si p boiez vnū pctī in mūdū itrauit. pctī vel ex volūtate vel ex nā ē. Si ex volūtate ē: mala ē volūtas q pctī facit. si ex nā ē: mala est nā. Cui rīdeo ex volūtate pctī ē. Querit forte vtrū originale pctī ex volūtate sit. rīdeo. prius ⁊ originale pctī ex volūtate eē: q⁹ ꝟ ex volūtate primi hois semiatū ē: vt i illo eēt: ⁊ i oēs trāsiret.

¶ Obiectio quozūdā ꝓtra id qō supra dictuz est omnes hoies in adam fuisse.

Ad ꝟ aūt qō diximus in adā fuisse oēs hoies: qdā ꝟboz sectatozes sic obījci unt dicētes. Nō ois caro q ab adam traducta ē: in eo sīl existere potuit: q⁹ m'ro maiozis q̄titatis ē: q̄z fuerit corp⁹ ade. In quo nec tot ēt arbomi fuerūt: quot ab eo hoies descenderūt. Quocirca vez nō cē asserūt subaz vniuscuiusq; in primo fuisse parente.

¶ Rīsio vbi aperīt qual'r in adā ꝟ rōnē semināl'ē: ⁊ quō ex eo descēderint. s. ꝓpagatiōis lege.

Quib⁹ rīderi pōt q māl'r atq; cāliter: nō formal'r dī fuisse i prio hoie: oē qō i būanis corpib⁹ nāliter ē. Descēditq; a prio parēte lege ꝓpagationis: ⁊ in se actū ⁊ m'tiplicatū ē: nll'a exteriozi suba i id trāseunte: ⁊ ipm i futuro resurget. Fomētū qdē ꝟ a cibis: ꝟ nō cōuertunt cibi in humanaz subaz q̄ ꝑm ꝓpagationē descēdit ab Adā. Trāsmisit. n. Adā modicū qd ō suba sua i corpora filioꝝ: qn̄ eos ꝓcreauit. i. qd modicū de massa sube ei⁹ diuisuz ē ⁊ ide formatū ē corp⁹ filij: suiq; m'tiplicatiōe sine rei extrisece adiectiōe auctuz ē. Et de illo ita augmētato aliqd itidē separaī. vñ formāt posteriozꝝ corpa: ⁊ ita ꝓgredīt ꝓcreatiōis ordo lege ꝓpagatiōis vsq; ad finē būani gnīs. Itaq; diligēter ac perspicue itelligētib⁹ pz: omnes ꝑm corpora in adā fuisse per seminales rōnem: ⁊ ex eo descendisse propagationis lege.

¶ Auctate ⁊ rōne ꝓbaī nihil extrinsecū cōuerti i humanā substātiā que ab adā est.

Quod ꝟo nihil extrisecū in humanam corpis nāz trāseat: ꝟitas i euāgelio significat dicēs. Oē qō itrat i os i ventrē vadit: ⁊ i secessuz emittit. Nō etiā rōne oīdi pōt ꝟ mō. Puer q stati post ortū mo rīt: i illa statura resurget quā habitur⁹ erat: si viueret vsq; ad etatē. xxx. ānoz nll'o vitio corpis ipe dit⁹. Añ g illa suba q adeo ꝓua fuit in ortu: ꝺre surrectiōe tā magna erit: nisi sui m'tiplicatiōe in se? Añ appet q ēt si viueret: nō aliunde: ꝟ in se augmētaret illa suba. Sicut costa ō q fcā ē mulier: ⁊ sicut panes euāgelici. Nō ificiantur rīi gu cibi ⁊ būoꝛes i carnē ⁊ sanguinē trāseāt: ꝟ nō ꝑ ꝟitatē būane nāe q a primis descēdut parētib⁹. Que sola i resurrectōe erit: reliq; ꝟo caro in quā cibi trāseūt tāq; supflua in resurrectōe ꝺponet. Que rīi ciboꝝ aliarūq; rez fomētis coalescit.

¶ Diuisio textus.

Postq; determinauit lapsuz humane nāe q̄tū ad pctī pmoꝝ parētū. In pte ista icipit determiare quō nā būana vitiata ē in posteris. Et diuidīt i ptes duas. In pma determiat de pctō qō a pmis parentib⁹ in posteros eoꝝ transiuit p carnis originē. s. de pctō originali. In z⁹ determiat de pctō qō trāsiuit in posteros p imitatiōnē opis. s. de pctō actuali. ȝ 4. di. (Post ꝺcā de pctō actuali rē.) Pria dividīt in duas. In pma determiat de pctō originali ostēdēdo an sit ⁊ qd sit. In scda determiat q̄sdā ꝺditiōes ei⁹. ȝi. dist. (Sīc supest iuestigare rē.) Pria dīdīt i: ⁊ In p⁹ determiat de pctō originali ꝑm vitatē. In scda excludit q̄sdā obones qb⁹ pcti originalis traductio ipugnat ibi. (Qz ergo ait p iobediētia rē.) Pria dividīt in duas. In p⁹ oñdit aliqō pctī a pmis parētib⁹ in posteros trāsire. In z⁹ ingrit qd sit illō ibi. (Dic p videdū est rē.) Et dividīt i partes duas. In p⁹ ingrit an sit pctī actuale vl' nō: qō dīc apls p vnū hoiez i mūdū itrauisse: ostendens q ē pctī originale ⁊ nō actuale. In z⁹ iterato ingrit qd sit illō originale peccatū (Qz diligēter inuestigādū ē rē.) ¶ Circa p⁹ tria ꝺq̄. Primo mouet qōnē. Scḋo excludit falsaz opionē quorundā ꝟ exponētiū de peccato actuali trī ibi. (Quibusdā placuit rē.) Tertio oñdit ꝟ itelligi de originali pctō ibi. (Et ē illud pctī originale rē.) (Qz diligēter inuestigādum ē rē.) Dic ingrit qd sit pctī originale. Et dividīt i ptes duas. In p⁹ ingrit qd sit ꝑm genus mozis. In z⁹ qd sit ꝑm genus nāe ibi. (Nūc supest videre rē.) ¶ Circa p⁹ duo fac. Prio ponit q̄rūdā opionē q pctī originale reatuz trī eē dicebāt ⁊ nō culpā. Scḋo oñdit pctī originale culpā eē ibi. (Sed q originale pctī rē.) (Qz ergo ait p iobediētiam rē.) Dic excludit obones pctī originale ipugnantes. Et dividīt in duas. In p⁹ excludit obiectiōes q̄ ipugnāt directe pctī originale. In z⁹ excludit obiectionē q̄ ipugnat peccatum originale q̄tū ad cāz eius q̄ est carnis traductio ibi. (Ad hoc aūt qō diximus rē.) ¶ Circa pmū duo fac. Primo excludit obonē pelagi ex auctate ꝓcedētē. Scḋo excludit obones duas Juliani q rōcinādo originale pctī impugnabat. Quaz p⁹ icipit ibi. (Uñ Aug. Juliano rē.) Scḋa ibi. (Iē ingt Julian⁹ rē.) (Ad ꝟ aūt qō diximus rē.) Dic excludit obiectiōes eoꝝ q pctī originale ipugnāt ex pte cāe eius q̄ est carnis traductio ex vno in quo oēs māliter fuerunt. Et circa ꝟ tria facit. Primo mouet obiectionē. Scḋo ponit respōsionē ibi. (Quib⁹ rīderi pōt rē.) Tertio ponit rīsionis ꝺfirmatiōez ibi. (Qz ꝟo nihil extrīsecū rē.) Qō I.

Ic ē ꝺupler qō. Prima de pctō originali. Scḋa de traductiōe carnis. ¶ Circa pmū querunt tria. Primo an p pctō pmoꝝ parentū in nos ísti defectus deuenerunt: quos sentimus: sicut necessitas moziendi ⁊ hꝺ per modum quo pena consequit culpā. Scḋo vtrū defectus aliquis ex pmis parentibus in nos deuenire potuerit

qui rōnē culpe bēat. Tertio supposito q̄ sic querit quid sit originalis culpa q̄ a parētibus cōtrabitur.

¶ Utrū defectus quos sentimus sint nobis quasi pena pro (pctō pmi hois. I.

Ad primuz sic ꝓcedit. Uidet q̄ defectus quos sentim⁹ nō sint nobis quasi pena ꝓ pctō pmi hois inflicta. Sicut enim dicit Sen. moꝛs est hois natura non pena. iter oēs aūt defect⁹ moꝛs maioꝛ ē. vñ ⁊ finis terribilium a pbo in. z. ethy. oī. q̄ nec ēt aly defectus pene deberēt dici qui nām humanā cōsequunt. ¶ P. q̄cuq; intueniunt in aliquibus ex eisdem pncipys creata: ꝑm rōnem vnaz in illis ineniunt: cū ex vnitate pncipioꝝ pdeat vnitas rei: ſz moꝛs: fames: sitis: ⁊ hꝺ iueniunt ex eisdez pncipys in hoie: ex gbus in alys aīalibus. s. ex pugna ȝrioꝝ: ex gbus corpus componit: cū igit in alys aīalibus nō sint sub rōe pene nec in hoie tanq̄ pene erūt. ¶ P. nō magis peccauit homo q̄ angelus: imo minus: vt supra dictū est. zi. dist. ſz angelus p pctī nihil amisit de bonis nālibus sibi collatis: vt Diony. 4. c. de di. no. dicit. ergo nec hō. si igit de nā hois eēt: vt corpus suū esset icoꝛruptibile ⁊ ipassibile: hꝺ p pctī nō amisisset. cū igit amiserit: videt q̄ non fuerit nāe: ſz grē. ergo ⁊ priuatio hoꝛ non sicut pena nām cōsequit: ſz sicut nālis defectus. ¶ P. ois ⁊tus nāliter tendit in suum obm: sed ⁊tutis concupiscibilis obm est delectabile ꝑm sensum. ergo q̄ concupiscibilis moueat in illud hꝺ nō est pena: ſz hois natura: ⁊ similr de irascibili: ⁊ de alys viribꝰ. ſz ex hoc causaī pugna virū inferioꝝ ad superiozes q̄ vnaquez ⁊tus in suum obm mouet. videt ergo q̄ hꝺ pugna sit nālis hoi ⁊ nō pena eius sic dī. ¶ P. nulli dī esse pena si nō attingat ad illud qō vires nature sue excedit: sicut q̄ homo nō pōt volare nō ē sibi pena: ſz pringere ad videndū deū in sua eentia oēs vires humane nāe excedit alias hō ex nālib⁹ in illud venire posset. ergo nec carētia visionis dine pena hois dici dꝺ: ⁊ ita nihil eoꝝ q̄ pena eē dīr ꝑmi pctī rōnez pene habere videnī.

Contra. Dis passio inuoluntaria pena est: sed moꝛs ē passio maxime inuoluntaria: adeo q̄ nec senectus voluntatem nō moziēdi petro abstulerit: vt Joan. vltimo in Hlor. dicit. ergo moꝛs: ⁊ alia hꝺ sunt pene. ¶ P. vt pbs dicit in. z. phȳsicoꝝ. ⁊ ꝑmo de aīa. actus proprius fit in propria materia. vñ opz pfectionē perfectibili ꝓportionatam esse: ſz anima rōnalis que est perfectio corpoꝛis humani ꝑm suā nām icoꝛruptibilis est. ergo ⁊ corp⁹ humanuz nāliter icoꝛruptibile est. si ergo corrumpit: hoc erit per defectū nāe: ⁊ ita erit pena. ¶ P. potēcius nō vincitur a minus potēte: q̄z agens est nobilius patiēte: vt pbs in. z. de aīa dicit. sed corpus humanū est nobilius alys inanimatis corpoꝛib⁹. si ergo ab eis patiaī: hoc erit per ifirmitatē nature eius. ifirmitas autē ⁊ defectus eius quod ꝑm naturā in homine est: pena est. ergo passibilitas a talibus corpoꝛibus est in homine quasi pena.

Respondeo dōm: q̄ ea que sunt ad finē disponunt ꝑm necessitatē finis: vt ex. z°. phȳsico. pz. finis autē ad quē homo ordinatus est: est vltra facultatē nāe create. s. beatitudo: q̄ in visiōe dei ꝓsistit. soli enī deo ꝟ cōnaturale est: vt ex dictis in. zz. di. pz. vñ opoꝛtuit nām humanā taliter instituī: vt nō soluz bñet illud qō sibi ex pncipys nālibus debebaī: ſz ēt aligd vltra: per qō facile in finē pueniret: ⁊ q̄z vltimo fini amoꝛe iherere nō poterat: nec ad ipz tenēdū puenire: nisi ꝑ supremā parte suā: q̄ est mēs: ⁊ itellectus: seu rō: in qua ymago dei insignita est: ideo vt illa pars in deū tēderet: subiecte sunt sibi vires iferiozes: vt nihil in eis accidere posset: qō mētē retineret ⁊ impediret ab itinere in deū: ⁊ pari rōne corpus hoc mō disposituz est: vt nulla passio in eo accidere posset: per quā mētis cōtemplatio impediret: ⁊ q̄z hec omnia ex ordine ad finem: vt dictū est: homini inerāt: ideo facta deordinatiōe a fine per peccatū hec oīa in natura humana esse desiere: ⁊ relictus ē homo in illis tātum bonis q̄ eū ex nālibus pncipys cōsequuntur. Et hoc expresse Dionysius dicit. z. c. ce. hierar. Sic ingens. ꝓriū aūt pncipiū habēs homo in gnōnibus corrupti bilibus merito ad pncipy ꝺnitem ductus est finez. i. hoc ex pctō meruit: vt cū ex pncipys suis ex gbus compositus est sibi corruptio deberet: q̄ reduceretur per peccatū ad talē finē q̄ suis pncipys ꝺgrueret: ⁊ ꝟ accipitur ex hoc qō dictū est Sen. 3°. Terra es: ⁊ in terraz ibis. Scḋm ꝟ ergo dico q̄ isti defectus possunt ad nām humanaz duplr compari: vel ad eam ꝑm q̄ in pncipys nālibus suis tātū consideratur: ⁊ sic ꝓculdubio nō sunt pene eius: ſz nāles defectus: sicut ēt eē ex nihilo vel idigere cōseruatiōe est defectus quidā naturalis oēm creaturā ꝺnīs: ⁊ nulli est pena: vel ad eam ꝓut instituta est: ⁊ sic ꝓculdubio pena sunt sibi: q̄z etiā ex priuatione eius quod gratis alicui conceditur postq̄ concessum est: puniri dicitur aliquis.

Ad primum ergo dōm: q̄ Sen. ⁊ alij pbi ꝺsiderauerunt nām humanā ꝑm ea q̄ ex pncipys suis nālibus ipsaz cōsequunt. statuz eni illū ꝓme cōditōis scire nō potuerūt: quā nō nisi fides tz. ⁊ iō de morte nō nisi sicut de nāli defectu locuti sunt: q̄uis ēt nālis defectus aliquo modo pena dici possit. ¶ Ad scḋm dōm: q̄ animalia alia nō sunt ordinata in finē qui facultatē nālē ipsorū excedat: ⁊ iō in illis tātū bonis creata sunt que eis ex pncipys nālib⁹ debenī. vñ nō est similis rō de hoie ⁊ de alys aīalibus. ¶ Ad 3ᵐ dōm: q̄ bona nālia dīr duplr. vel prout sunt in se ꝺsiderata ꝑm q̄ nāe debenī ex ꝓpys pncipys: ⁊ sic nec hō nec angelus p peccatū aligd nāliuz amisit: vel in aliquo diminut⁹ ē: q̄z Diony. ēt integra data nālia in angelis peccātib⁹ ꝑmanere dic: vel ꝑm q̄ ordinanī in finē vltimū. ⁊ ꝟ mō i ꝟtroq; bona nālia diminuta fūt: nō qdez penitus amissa: iq̄tū vterq; factꝰ ē min⁹ habilis: ⁊ magis distans a fine ꝺsecutiōe: ⁊ ꝓpter ꝟ ēt bō gratuitis spoliatꝰ dī ⁊ in nālibus vulneratus. Luc. 10. in Hlo. ¶ Ad 4ᵐ dōm: q̄ qñcq; multa cōueniūt ad cōstitutionē alicuius alicui eoꝝ pōt aliqd ꝑm se ꝓuenire nāl'r ꝑm nām ꝓpriā: ⁊ aliqd cōuenit sibi ꝑm nām totī⁹. sic ꝑ de ēt'is in mixtiōez corpis veniētibus. ꝟ ꝟ q̄ dico q̄ vis ꝺcupiscibilis nāle hꝺ ꝟ in delectabile ꝑm sensuz tēdat: ſz ꝑm q̄ ē vis ꝺcupiscibilis būana hꝺ ylterius vt tēdat in suū obz ꝑm regimē rōnis: ⁊ iō q̄ in suū obz tēdat irrefrenare ꝟ nō ē nāle ubi iq̄tū ē būana: ſz magis ꝺ nām ei⁹ inq̄tū hꝺ. ⁊ ꝑm ꝟ rōnē bñe pene pōt maxie cōsiderata nā būana ꝟ q̄ tota ē sub regimie rōnis: vt i ꝓma ꝺditiōe fuit. ¶ Ad 5ᵐ dōz: q̄ q̄uis nā būana p se nō possit i visiōez dei ꝓtingere: pōt tñ ad eā puenire cū adiutorio gr̄e: ⁊ ex se hꝺ habilitatē vt in illā pueniat. ⁊ silr ēt ex bis que sibi gratis in pᵃ ꝺditiōe collata fuere maioꝛē habilitatē hēbat cui⁹ habilitatis diminutio pena ē hois: si ad istitutionē ei⁹ referaī: ⁊ sic carētia dine visiōis pena dī ſz q̄ nō nocat negationē tātū: ſz ēt ꝓuatiōez quādā cū q̄dā obnoxitate: vt. ā. dictū ē. Et q̄z alie rōnes videnī ꝺcludere q̄ ēt humane nature in suis pncipys ꝺsiderate isti defectus sint pena: iō ad eas ēt rīdendum est. ¶ Dōm g̃ ad sextū q̄ inuoluntariozū illa tātuz rōnez pēne habēt que sunt volūtati subycibilia. volūtas enim nō tātum est possibiliū: ſz etiā ipossibiliuz: et iō si alicui sit inuoluntariū illud qō ptāti volūtatis nō subiacet nō ꝓpter ꝟ rōnē pene hꝺ: sīc q̄ aligs ē breuis nimis in statura vel aligd hꝺ: ⁊ ꝟ mō moꝛs: ⁊ alia hꝺ inuolūtaria fūt. ¶ Ad 7ᵐ dōm: q̄ iter aīam ⁊ corp⁹ oꝛ ē ꝓportionē sīc potētie ad actū nō aūt sīc cōuenientiū in eadē nā seu ꝓpietate: nō eniz opꝛ q̄ si aia est sine q̄titate q̄ etiā corpus sit hꝺ: silr nō oportet q̄ si anima est icoꝛruptibilis nāliter: q̄ cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus etiam bō sit. ¶ Ad octauū dōm: q̄ q̄uis corpus hominis simplr nobilius sit corpore ignis vrentis vel ferri secātis: in q̄tuz est nobiliori forma perfectum: nihil tamē, phibet illa corpora nobiliora esse fm quid: in q̄tum. s. B habēt in actu: quod corpus humanū habet in potētia: vt calidita tem vel aliquid bō.

¶ Utrum aliquis defectus veniēs in nos p originē habeat (rōnem culpe. II.

A D secundū sic ꝓcedit. Videt q̄ nullus defectus in nos p originē veniēs rōnez culpe habere possit. Ex hoc enim aliqd culpabile vituperabile est si malū sit qō est in potestate ei⁹ qui de hoc culpatur: nō enī vituperamur nisi ex his que in nobis sunt: vt phūs in 3°ethy. dicit: sz illud qō p originē trahitur nō pōt eē in potestate eius q illud originalr trahit. q̄ impossibile est q̄ aliquid p originē tractū rōnez culpe habeat. ¶ P. fm Aug. oē peccatū est volūtariū: adeo q̄ si nō est volūtariū nō est pctm: sz illud qō per originē trahitur nō pōt eē volūtariū: q̄ act⁹ volūtatis originē volētis nō ꝓcedit. q̄ impossibile est aliqd p originē tractū eē pctm vel culpā. ¶ P. nullū accīs pōt trahi nisi subm suū traducat: sz subm culpe est aīa rōnalis q̄ cū nō sit extraduce: vt supra ꝓbatuz est: videt q̄ nec aliqd per originē tractū rōnē culpe hre possit. ¶ Si dicat q̄ traducit pctm per traductionē seminis. ¶ Cōtra. nihil dat alteri vel efficit in altero qō ipm nō hz: sz semē nō pōt eē subiectū infectionis culpe. q̄ nec ex eo culpa in aīam deuenire pōt. ¶ P. nobilius nō patitur a minus nobili: sz aīa est nobilior corpore. q̄ corpus nō pōt agere in aīaz inficiēdo ipaz. ¶ P. iniustū est vt culpa patris in filiū redundet: z q̄ filiꝰ ꝓ patre puniat: sz si ex hoc q̄ adā peccauit in omnes culpa redundaret originalr sequeret filiū p trāsgressiōe pris puniri. q̄ hoc dīne iustitie nō competit.

Contra. ii. ad Ephe. dicit Apl's. Eramus nā fily ire: sz nullus est filius ire nisi p hoc q̄ culpam hz. q̄ homo ex ipsa natiuitate culpā cōtrahit. ¶ P. sicut dicit Ansel. homo si perstitisset iustitiā originalē in qua creatus est in filios ꝓfudisset: sz sicut se hz iustus ad iustos: ita z peccator ad peccatores. ergo etiam q̄ peccauit culpā suam in alios generando transfudit.

Respōdeo dicēdo: q̄ circa hanc mām duplex error tangit in lra. vnus ē eoz qui simplr peccatū originale negabāt: sic error Juliani z Pelagy: z hic error veritati fidei nō ꝓsonat: q̄ sacīoz necessitatē z redemptionis tollit: q̄ cōtra seruitutē peccati in qua nascimur ordinata sunt. Alius est error eoz q̄ pctm originale noīe ꝓcedentes fm rē negabāt: dicētes in puero nato nullā culpaz eē: sz solū obligationē ad penā. Et B manifeste iustitie dīne repugnat: vt. s. aliqs obligetur ad penā q̄ culpam nō habz: cū pena iuste nō nisi culpe debeatur. Et iō his euitatis simpliciter cōcedendū est etiā culpā per originē trahi ex parētibus vitiatis in pueris natis: qō q̄liter sit iuestigāduz est. Sciendū est igit q̄ B tria defectus: malū: z culpa: ex superadditiōe se habēt. defectus enīz simplicem negationez alicui⁹ boni ipoztat: sz malū nomē ꝓuatiōis est. vñ carētia alicui⁹ etiā si nō sit natū hre defectus pōt dici: sz nō pōt dici malū nisi sit defectus eius boni qō natū est hri. vñ carentia vite in lapide pōt dici defectus: sz nō maluz. homini vo mozs est z defectus z malū. culpa aūt sup hoc addit rationē volūtary. ex hoc enī aliqs culpaī q̄ deficit in eo qō per suā volūtatē hre potuit: vñ oz q̄ fm B q̄ aliqd rōnem culpe hz sz B rō volūtary in ipso reperiat: sic aūt est qōdā bonū qō respicit nām: z qōdā qō respicit ꝓsonā: ita ēt est q̄dā culpa nāe: z q̄dā ꝓsone. vñ ad culpā ꝓsone regrit voluntas ꝓsone: sic ꝓz in culpa actuali que p actū ꝓsone cōmittit. ad

rōnem culpe nō habet: vt dictū est: nisi fm q̄ ex voluntate his nām cōsequitur: sz multi defect⁹ cotpotales ex voluntate illa ꝓsequunt: vt necessitas moziēdi z hō. q̄ nō solū concupiscētia: sed qōlibet istoꝝ oz dici pctm originale. ¶ P. inter alia q̄ hō p pctm amisit ēt scia illa ꝓuatus ē qua in primo statu pollebat: sz defectus scie ignorātia dr. q̄ ignorātia originale pctm dici oz: z nō solum concupiscētia.

Contra ē qō dr in Glo. Ro. 6. Nō regnet pctm in vro mō. tali corpe. i. fomes pcti. fomes aūt pcti cōcupiscētia ē. q̄ pctm vr ipsa concupia eē. ¶ P. sic se hz concupia actualis ad actuale peccatū: ita se hz cōcupiscētia originalis ad originale peccatū: sz concupiscētia actualis ē ipsuz actuale peccatū. q̄ z concupiscētia q̄ p originē trahit ē originale pctuz.

Respondeo dōm: q̄ in quolibz pctō est inuenire aliquid q̄si formale z aliqd māle. Si enī cōsideremus peccatū actuale ipsa suba act⁹ deordinati materialr in pctō se hz: sz deordinatio a fine formale in pctō ē: qz ex B rōnē mali pcipue hz. vñ dr q̄ auersio ad bonuz cōmutabile est ibi sic māle: z auersio a bono icōmutabili ē sicut formale: z B cōtingit ex B q̄ ēt in actu pfectio vtutis ex ordine ad finem est forma actus sic aūt peccatū actuale cōsistit in deordinatiōe actus: ita ēt peccatuz originale cōsistit in deordinatiōe nāe. vñ oz q̄ ipe vires deordinate: vel deordinatio virium sint sic māle in pctō originali: z ipsa deordinatio a fine sit ibi sic formale. Illa aūt pars q̄ per se nata est cōiungi fini est ipsa volūtas q̄ hz ordinē finis oibus alys partib⁹ iponere: z tūc destitutio ipsi⁹ volūtatis ab illa rectitudine ad finē: quā habuit in istitutōe nāe in pctō originali formale est: z B est ꝓuatio originalis iusticie. vires aūt appetitus sensibilis sunt nate recipere ordinē ad finē ab ipa voluntate fm q̄ sibi subiecte sunt: z iō subtractio illius vinculi: quo quodāmō sub ptāte voluntatis recte detinebat māle in pctō est. Ex hac aūt subtractiōe: segtur q̄ vnaq̄q̄ vis in suū oīm iordinate tēdat concupiscēdo illud: z iō concupiscētia q̄ babiles sumus ad male concupiscēduz peccatū originale dr: q̄si māle in pctō originali exīs. est enī cōsiderare māle z formale in actibus moralib⁹: sic in rebus artificialibus in gbus mā de toto ꝓdicat: vt possit dici cultellus est ferz. Et sīlr de pctō ꝓdicari pōt illud qō ē māle in ipso. z p hunc modū peccatū originale concupiscētia dr.

Ad primum ergo dōm: q̄ concupiscētia dr dupl'r. sc. z ipse actus concupiscēdi z ipsa habilitas ad concupiscēdum: z actus ex habilitate causat. vñ nō est icōueniēs si peccatū originale qō concupiscētiam actualē causat habitualis concupiscētia eē dicat. ¶ Ad 2ᵐ dōm: q̄ differt dicere potentē z habilē: q̄ enī aliqs sit potens concupiscere ē ex potētia concupiscibili: sed q̄ sit habilis ad cōcupiscendum est ex aliquo habitu: vel ex eo qō per modum habitus se hz. Contingit enīz vt etiam ꝓuatio aliqua habilitatē quādam reliquat: in q̄tum ꝓuatur aliquid qō ipedimentuz ꝓstare posset: z ita dr concupiscentia habitualis eē peccatuz originale: nō quidē vis cōcupiscibilis: neq̄ iteruz aliqs habitus qui aliquid positiue dicat: sz ipsa habilitas q̄ relinquitur in inferioribus viribus ad iordinate concupiscenduz: ex hoc q̄ ab appetitu subtrahitur retinaculum rōnis quo detinebatur ne effrenate posset in sua obiecta tendere. ¶ Ad tertium dōm: q̄ concupiscentia nō dicit esse māle in pctō fm q̄ denominat a vi cōcupiscibili que ꝓtra irascibilem diuiditur: sed sz q̄ sumit ab appetitu sensualitatis qui in vtrāq̄ vim diuiditur. s. irascibilem z concupiscibilez. ¶ Ad q̄rtum dōm: q̄ vt in scō phy. dicit peccatū ꝓtingit in his que ad finē ordiata sunt fm q̄ a suo fine deficiūt. z ideo in partibus anime in illis pcipue est peccatuz bominis fm quas homo ordinatur in finem: z qz appetitus est tendēs in finē: ideo in appetitu pcipue peccatum consistit: ad finem aūt

culpā vo nāe nō regritur nisi volūtas in nā illa. Sic g̃ dōz est: q̄ defect⁹ illius originalis iusticie q̄ homini in sua creatione collata est ex volūtate hois accidit: z sic illud nāe deperditum fuit z fuisset in totā nām, ppagatū hoie in iusticia pfīte: ita etiā z ꝓuatio illius boni in totā naturā producitur: q̄ ꝓuatio z vitiū nature. ad idē. n. genus ꝓuatio z habitus referunt: z in quolibz hoie rōnē culpe hz: ex hoc q̄ p volūtatē pncipy nature. i. primi hois iductus est talis defect⁹.

Ad primum g̃ dōm: q̄ pctm originale cum nō sit vitium ꝓsone vt ꝓsona est. sz quasi p accidens in q̄tum ꝓsona hz talē nām: iō nō opz q̄ sit in potestate hō ꝓsone hunc defectū habere vel non habere: sz sufficit q̄ sit in ptāte alicuius qui ē in natura illa: q̄ ex B q̄ habēs aliquā naturā peccauit natura ifecta est: z per ois ificīt in oibus illis qui ab illo naturā trahunt. Et ideo pōt dici culpa nature: cū aliquis in nā illa subsistens per voluntatē defectum istum in totam nām creauerit. ¶ Et per hoc etiaz pz responsio ad scām. ¶ Ad 3ᵐ dōm q̄ pctm originale non traducitur per traductionez sui subiecti: qō est aīa rōnalis: sz per traductionē seminis: q̄ ex quo aīa prīs p pctm ifecta fuit: segtur ēt iordinatio in corpe subtracto illo ordine quē natura instituta ꝓus acceperat: z ita ēt ex semine illo gnāt corpus tali ordine destitutū. vñ z aīa que tali corpori infunditur deordinationē culpe ꝓtrahit ex hoc ipso q̄ hz corporis forma efficī: cum oporteat pfectionē perfectibili ꝓportionatā eē: sic ꝓpter aliquā corruptionē seminis ꝓtingit nō trā defect⁹ in corpore plis ex illo semine gnāte: vt lepra: podagra: vel aliqua hz ifirmitas: sz etiā defectus in aīa: vt pz in bis q̄ a natiuitate naturalr sunt stolidi. ¶ Ad q̄rtū dōz q̄ sz semē nō habeat in se infectionē culpe in actu: hz tñ in virtute: sic ēt pz q̄ ex semie leprosi gnātur filius leprosus: in quis in ipso semine nō sit lepra in actu. ē. n. in semine vt⁹ aliq̄ deficiēs: per cuius defectū ꝓtingit defectus lepre in plem. similr ēt ex hoc ipso q̄ in semie ē talis dispositio q̄ ꝓuat illa ipassibilitate z ordinabilitate ad aīaz quā in pmo statu corpus humanū habebat: segtur q̄ in ple q̄ est susceptiua originalis pcti efficiat originale pctm in actu. ¶ Ad 5ᵐ dōm: q̄ aia nō inficī p infectionē corporis q̄si corpore agente in aīam: sz p quādā collimitationē vnius ad alterū: qz forma recipit in materia fm ꝓditionē ipsi⁹ materie: cū oē qō ē in altero sit in eo p modū recipiētis: z iō ex B ipso q̄ corp⁹ illa vtute ꝓuat qa pfecte erat subiectibile aie: segt ēt q̄ aia illa vtute careat q̄ pfecte corp⁹ subditū regat: z talis defectus originalis iusticie culpa est nature: put ꝓsideraī prīs ex volūtate alic⁹ hūtis naturā. ex quo natura traducta ē. ¶ Ad 6ᵐ dōm: q̄ iniustū eēt q̄ filiꝰ p pctō prīs penā sentiret: nisi ēt pctm prīs in filiū trāsiret: vt ia filius nō p pctō prīs: sz p pctō ꝓprio qō originalr trahit puniat.

¶ Utrū originale pctm sit culpa. III.

Ad tertiuz sic ꝓcedit. Videt q̄ originale pctm nō sit cōcupiscētia: vt in lra dr: nihil. n. est cā suiꝑius: sz pctm originale est cā cōcupiscētie: vt patet ex verbis Apostoli: Ro. 7. Pctm occasiōe accepta p mādatū operatū est in me oēm concupiscētiā. q̄ pctm originale nō est cōcupiscentia. ¶ P. nihil naturaliū pōt dici peccatū vel malū: sz concupiscibilis vis in hoie est vtus naturalis. q̄ ipa nō potest dici peccatū originale: sz ipsa est p quā homo habilis est ad concupiscēdū. q̄ concupiscētia qua sumus habiles ad cōcupiscendum nō est peccatū originale: vt in littera dr. ¶ P. sicut p motū cōcupiscibilis perturbat iudiciū rōnis: ita z per motum irascibilis: sed peccatuz originale cōsistit in deordinatione ipsius anime: fm q̄ iferiora superioriꝰ nō obediūt. ergo nō solum cōcupiscētia: sz simili rōne iracundia peccatum dici oz originale. ¶ P. defectus qui ex origine trahit

bominis ordinatur appetitus rōnis qui est volūtas immediate: appetitus aūt sensibilis mediate: in q̄tum. s. ordinez finis ex voluntate rōnis recipiunt: ꝓpter quod dicunt aliqualiter rōni obaudibiles: vt phūs dic in fine p. ethy. z ideo defectus ordinis in appetitu voluntatis est formale: z completiuū originalis peccati quod est ꝓuatio rectitudinis voluntatis que inerat fm originalē iusticiam: defectus aūtez ordinis in appetitu iferioꝝ est nāliter in peccato se habēs: z hoc est concupiscentia: vt dictū est: z ideo nullus alius defectus nature ex parte rōnis nec ex pte sensibilis partis originale peccatum dr nisi cōcupiscentia sicut materiale: z ꝓuatio originalis iusticie: sicut formale. ¶ Ex quo pz rōnsio ad qntum: qz ignorantia non per se respicit voluntatem. vnde etiā defectus ille: sicut z alq retinent rōnez pene sed nō culpe: z si iueniatur ignorantia originale peccatum dici intelligendum ē de ignorantia ꝓuante illam scientiaz que includitur in originali iusticia. nullus enim est iustus vel temperatus qui non sit prudens: vt in sexto ethic. dr. z ad B attendens Socrates dixit. omnez virtutē esse sciam: z omne vitium eē ignorantiā: vt ibidem narrat. Qō II.

D einde querit de traductione carnis a parētibus per quā originale peccatum trahitur. Et circa hoc querunt duo. Primo vtruz alimentum in veritatem humane nature cōuertatur. Secūdo. vtrum ex alimento semen decidatur.

¶ Utrū alimētū trāseat in veritatē humane nāe. I.

A D primuz sic ꝓcedit. Videt q̄ alimentum in veritatē humane nature nō transeat. Quicqd enīz sumptum emittitur ad vitatē humane nature nō ptinet q̄ semp eadem manet: sz omne quod per os sumitur in ventrē vadit: z in secessum emittit: vt dr Matth. 15. Ergo nutrimentū quod per os sumit in veritatez humane nature non transit. ¶ P. veritas vniuscuiusq̄ rei est in eo qō fm spēm est. illud aūt quod per modum nutrimenti aduenit per modum materie se hz: vt in scō de gnōne. dr. sz caro fm mām non fit caro fm spēm: vt ex pmo de gnōne pz. ergo nutrimentū in veritatē humane nature non transit. ¶ P. illud ad veritatē humane nature pertinet in quo calor cōueniens radicaī: sed tale humidū vt medici dicūt consumptuz non restauratur: vt patet in his qui tertia specie ethice laborāt que incurabilis est ex eo q̄ tale humidū non restauratur. Cum igitur omne illud in quod alimentū cōuertit post cōsumptionē restaurari possit: videtur q̄ nutrimentū in id qō ꝓprie ad veritatē humane nature pertinet non mutet. ¶ P. omne id in quod cibus cōuertitur ēt p calorē cōtinuo agentē dissoluit: vt fluens z refluens idez iudicet: sz nō pōt esse q̄ totū qō est in corpore sit fluēs z refluens: vt ꝓbatur. ergo oportet aliquid in corpore eē manens in quod alimentum nō conuertatur. B autē precipue ad veritatē humane nature pertinet. ergo alimētum in id qō per se est de veritate humane nature nō mutaī. Probatio medie. si nō eēt aliquis pmanens fixum in corpore humano: tūc cōtingeret q̄ quelibz ps eius posset euanescere aliq̄ alio in eius locū substituto: z per eandē rōnem sic cōtingeret in toto: sic in qualibz eius pte. cōtingeret ergo q̄ de illa mā que pmo fuit in corpe alicuius hois nihil in fine remaneret: sz veritas indiuidui est ex varitate materie. ergo nō eēt vnus numero homo in fine vite z in pncipio: quod est absurduz. ¶ P. nulla vtus nālis debilitatur multiplicata mā sibi conuenienti: sed solum per admixtionē alicui⁹ extranei: sz virtus conuersiua in homine debilitatur in fine vite: alīs homo in infinitum posset augeri z viuere. ergo B cōtingit per admixtionem extranei: sed nihil admiscet ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

mām illam in qua virtus conuersiua prius fundabatur: ni
si quod est ex alimento generatū. ergo hoc qō est ex nutri
mento generatum est extraneum ei in quo veritas nature
fundatur: ꝛ sic idez quod pus. ¶ P. natura facit vnūqōq;
faciliori modo quo fieri potest. deus autem multo ordina
tius q̄ natura operaī: cum igitur facilior modus augmen
tandi aliquid fit per multiplicationē materie q̄ per cōuer
siones alterius in id quod augetur: videī q̄ iste modus di
uine ꝓuidentie competat: vt. s. corpus humanus augeatur
nullo exteriori in illud transeunte: sed sola eius materia mul
tiplicata: ꝛ sic idem quod pus. ¶ P. ea que sunt vnius spe
ciei per eandē rōnem suum complementū consequūtur: ſz
quidam paruuli defuncti in resurrectiōe perducent in cō
pletaz q̄titatē: nō per additionē nutrimēti: ſz per multipli
cationē materie. q̄ēt hoc modo alꝰ boies in q̄titatē cōple
tam perducentur: ꝛ sic idem quod pus.

Contra est: quia ſm phm pmo de gnōne: nihil nutrit
carnem: nisi qō est potētia caro: ſz omne qō ē
in potētia ad aliquid mutatur in id per actionē eius quod
est in actu. q̄ nutrimētū in illam carnem q̄ ad vitatem nāe
pertinet transmutatur. ¶ P. nutrimētū in pncipio est dis
simile: ſz in fine est sile: cū nihil nisi suo simili nutriaī ꝛ fo
ueatur: ſz illa sunt similia q̄ eandē formā cōmunicant: cuz
igit vitas nature a forma sit: videī q̄ illud qō nutrit in fi
nē ad vitatē nature ipsius nutriti perducatur.

Respōdeo dm: q̄ circa hoc sunt multe opiniones.
¶ Quidā posuerūt: vt in lra magr sentire videī: q̄ illud qō ex parentibus decisum est: est illud so
lū in quo vitas hō nati cōsistit. hoc autē in maiorē q̄titatē
excrescit oīno saluatum: ita q̄ nihil sibi addit vt maiorem
q̄titatem recipiat: ſz tota q̄titas hominis completi p mul
tiplcationē illius materie efficitur: et hoc tm esse dicūt qō
in resurrectione resurget. Reliquū autē quasi superfluū de
ponet. Ponunt etiā alimenti sumptionē necessariaz eē nō
qdem ad augmentū vt nutritiua augmentatiue deseruiat:
neq; iterū ad restaurationē deperditi: ſz solū in fomētū ca
lozis nālis: sicut quādo liquefit aurū admiscetur sibi plum
bū ne aurum cōsumaī: sed solū plumbū. ¶ Nec autē posi
tio irrationalis videī ex duobus. s. ex parte eius quod auge
tur: ꝛ ex parte alimenti quod aduenit. non. n. pōt fieri aug
mentū: nisi ſm hoc q̄ materia que pmo est terminata sub
paruis dimēſionibus: postmodū ad maiores dimensiones
perducī. hoc aūt nō pōt fieri nisi dupl'r. vel ita q̄ de mate
ria tm sit sub magnis dimensionibus q̄tuz sub paruis: ꝛ ta
lis mutatio de paruo in magnū necessario fit p rarefactio
nem. Densum. n. ꝛ rarū in hoc differunt: q̄ in raro est parū
de mā sub magnis dimensionibus. ꝛ in denso multum sub
paruis: vt ex. 4. phy. p3. vl'ita q̄ plus de mā sit sub magnis
q̄ sub paruis. B aūt nō pōt ꝓtingere nisi 'vl'q; est mā de no
tio creata. vel p hoc q̄ illud quod erat mā alteriꝰ corporis
efficitur mā huius in hoc illo corpore trāsmutato. vnde ēt
Augu. sup Heñ. ad lram. li. io. dicit. q̄ nihil est absurdius q̄
putare vlluz esse corpus: qō manēte nature sue q̄titate vn
dicq; crescat nisi rarescat: cū nullū fiat augmētum corporis
nisi p additionem vel rarefactionē. augmentū autē corpo
ris humani cōstat q̄ p rarefactionē non fit: nec iterum per
additionem māe de nouo create: q; mām oīum simul crea
uit deus: vt sancti dicunt. Restat ergo vt fiat augmētū hu
mani corporis p hoc q̄ addit mā que suberat forme alte
rius corporis illo corpore in corpus humanū ſm vitatē cō
uersō: ꝛ hoc est nutrimentū: nec pōt exponi dictū Augu. vt
qdā dicūt q̄ Aug. loquaī ſm cōem modū quo res crescūt:
q; ſm hoc. pbatio sua ℈ Tertulianū nihil valeret q̄ pone
bat aīam crescere: ſz nullo mō diminui. Magis aūt cōis ē
modus augmēti quo corpꝰ humanū crescit q̄ quo aīa cre
sceret: simul enī etiā ſm Tertullianū crescēte corpore crē
scit aīa. Nec iterū pōt dici sic dicūt: q̄ faciēda est vis in B
q̄ dicit manēte sua q̄titate: vt sit sensus: corpus manēs in
sua q̄titate: ita q̄ q̄titas eius nō sit augmentata neq; per
additionē neq; per multiplicationē nō crescit nisi per rare
factionē. Cū igit augmētū ꝓprie sit q̄titatis nō pōt itelligi
q̄ corpus crescat ꝛ maneat eius q̄titas ſm eandē dmēſio
nē: ſz opz itelligi qō dicit manēte q̄titate nāe sue: vt nulla
q̄titas adyciaī: vel q̄ eiusdē nature sit: sicut aurum adim
gitī auro. vel q̄ eandē nām in ipsa ꝓiunctione accipiat: sic ci
bus aduenit carni. vñ p hoc q̄ dr: manente ꝛc. nō remoue
tur nisi additio similis in nā. Si. n. itēderet remouere mul
tiplicationē: tūc ꝓbatio sua nihil valeret: q; multo ꝓbabi
lius posset dici si aīa eēt corpꝰ: q̄ p multiplicationē quā po
nunt crescere: q̄ dicaī de corpore hois: q; spūalioz est. Ex
parte aūt eiꝰ qō addiī apparet ēt falsitas: q; sic sumptio ali
mēti nō eēt per se itenta a nā: ſz per accidēs tm: vt. s. alicui
nocuo occurreret. s. calori nāli digerēti: ꝛ si trāsmutatio ci
bi nō eēt p se nēcia ad corpꝰ humanuz: tūc calor cōuertens
eēt superfluus: ꝛ sic in operibus nāe a deo istitute multa sup
flua ꝛ inutilia ꝛ. ¶ Sustinētes tamē hāc positionē tres mo
dos adinueniūt in eius assertionē: quoz quēlibet facile est
ꝛcutare. ¶ Quidā nāq; dicūt q̄ ḃ talis mltiplicatio fit mi
raculose opatione dīna: sic etiā panes euāgelici multipli
cati sunt. Jo. 6. Sz istud expressam continet falsitatem: cum
opus nature in miraculū conuertī. Et preterea. etiam in
illoz panuz multiplicatiōe nō est remotū: imo forte est ne
cessariū factā fuisse additionē materie per ꝛuersionē alio
rū corpoz in panes vtute diuina. Istam autē cōuersionez
cibi in carnē verā natura facere pōt que transmutat id qō
ē in potētia in actu: q̄uis successiue compleat: quod deus
subito facit. quod aūt nature possibile est operationi nāe a
deo cōmittitur: qui vnicuiq; dat pfectionē ſz q̄ capax est.
vñ nō oz ad miraculū cōfugere. ¶ Alꝝ dicunt q̄ cū in cor
pore humano sit multuz de qnta essentia: q̄ multiplicatio
corporis humani est ſm q̄ multiplicaī qnta essentia. vnde
sic lux solis multiplicaī in seipsa diffusa p aerē: ita etiā cor
pus humanū sine additiōe alicuius extrinseci. Sz hec ad
inuētio cōtinet duas falsitates. ℙrima est: qz corpus qnte
essentie nō venit in compositiōe humani corporis: nisi ſm
virtutem tm: cuz neq; sit commiscibile: neq; diuisibile: ne
q; extra locum ꝓprium possit esse. Secunda est: qz diffusio
lucis non est per multiplicationem alicuius materie: cum
lumen nō sit corpus: ſz est multiplicatio formalis tm: sicut
est etiam in qualibz alteratiōe ꝛ generatione q̄ agēs mul
tiplicat formā suam in materia. ¶ Alꝝ vero alium modū
adinueniūt. dicūt enim q̄ mā pma: q̄tum in se est: caret o
q̄titate ꝛ forma. ergo equaliter se habz ad recipiendū oēs
quantitates: sicut ad recipiēdum omnes formas. vnde q̄
tumcūq; parum sit de materia prima in quouis paruo cor
pore potest recipere q̄tamlibz q̄titatez: adeo q̄ ex grano
mily totus mundus fieri pōt. nec mirum: cum ex mā pmo
tali totus mūdus sit factus: cum enim mā q̄titatē careat
idiuisibilis est: ꝛ ad modū p̄ncti se habēs. Iste aūt modus
multiplr deficit. ℙrimo: qz imaginaī idiuisibilitatez māe
ad modum puncti: vt sic ex mā mūdus sit factus per quā
dam quasi extensionem: sic si res parua in magna extenda
tur. hoc autem non est verum. Materia enī dicī indiuisi
bilis per negatiōez totius generis q̄titatis. ℙuncto autez
est idiuisibilis: sic q̄titatis pncipiū situz determinatuz ha
bēs. vñ ex mā res q̄ta efficī nō per extensionem loquēdo
de mā: prima: cū extensio nō sit nisi eius quod alicuius q̄ti
tatis erat: sed per quantitatis susceptionem. Secundo ꝛ si
prima materia ꝓout in se consideratur nullam q̄titatem
habeat: nō tamē sequitur q̄ sit in potentia respectu cuiusli

bet q̄titatis imaginabilis: cū enim q̄titates determinate ꝛ
omnia alia accidētia ſm exigētiaz forme mām recipiant:
eo q̄ subiecta mā cuz forma est causa eoz que insunt: vt in
pmo phy. dicīt: opz q̄ mā pma ad nullā q̄titatem sit in po
tentia nisi que competat forme naturali que in mā esse po
test. mā vero prima nō est in potētia ad alias formas: nisi ad
illas que sunt in rerū natura: vel p pncipia nālia educi pos
sunt. Si enī eēt aliqua potētia passiua in materia cui nō re
sponderet aliqua potentia actiua in reruz natura illa potē
tia passiua esset supflua: vt Cōmētatoz dicit. ꝛ ideo mā pri
ma nō est receptibilis maioris q̄titatis q̄ q̄titatis mūdi.
ꝓpter qō in 3° phy. dicitur. q̄ nō est possibile magnitudi
nez augeri in infinitum loquēdo naturalr. Tertio. qz si ma
teria eadē que pmo sub paruis dimēſionibus erat sub ma
ioribus dimensionibus fiat: nō pōt hoc accidere nisi per ra
refactionē: vt dictū est: ꝛ iste modus nō cōpetit in augmen
tatione corporis humani: vt per se pz. Quarto. qz quādo lo
quimur de mā existente in hac re iaz dimittimus cōsidera
tionē materie absolute: non enī potest accipi illud materie
quod est in hac re: nisi ſm q̄ est diuisum ab illa parte mate
rie que est in re alia. Diuisio autē nō accidit materie: nisi ſz
q̄ consideratur sub dimensionibus saltez interminatis: qz
remota q̄titate: vt in pmo phyſi. dicitur. substātia erit indi
uisibile. vnde cōsideratio materie huius rei est ꝛsideratio
non materie absolute: sed materie sub dimensione existen
tis. vñ nō opz vt q̄ conuenit materie in q̄tum est absoluta
ꝛ pma q̄ conueniat materie existenti in hac re: put accipi
tur vt in hac re existēs: quia ex hoc ipso receditur a cōside
ratione materie ꝓme. vnde materia que est in hac re exīs
non est in pō ad totaz q̄titatē mūdi: ſz vsq; ad determina
tum quid q̄tum per rarefactionē potest cōsequi: ꝛ hoc non
excedit raritatez ignis: qz nulla raritas pōt eē maior: vt Cō
mentatoz in 4° phyſico. dicit. ꝛ sic patet q̄ hec positio tam
in se falsitatem cōtinet q̄ etiaz in modis adinuentis ad eiꝰ
expositionē. ꝛ ideo alioꝝ positio est cōcedentiū quidez cuz
pmis q̄ aliquid est in humano corpore. ꝛ similr in aliis coꝝ
poribus que nutriunt: per qō qdē semp manet fixū toto tē
pore vite ſm determinatā ptē materie in quo pncipalr ve
ritatē humane nature ꝓsistere dicunt. aliquid aūt est aliud
quod supfluit ꝛ refluit. i. aduenit ꝛ cōsumitur. B aūt est qō
ex cibo generatuz est. Differūt tamē a pmis in hoc q̄ dicūt
sumptionē alimenti nō solū in fomentū caloris nālis neces
sariā esse: ſz etiā in augmētū q̄titatis: non enīz posset illud
qō pmo a gnantibus decisuz est: qō qdē pmanēs esse dicūt
in tantā q̄titatē extēdi q̄ta est: q̄titas humani corporis ni
si adderet aliqua mā que simul cuz mā preexistente q̄titā
tē totā reciperet sine aliqua rarefactiōe. Et B qdē qō est p
manens dr diffundi p totū. ꝛ filr illud qō est aduenies ꝛ re
cedēs ad modū q̄ cōtingit in mixtiōe vini ꝛ aque. vinū enī
nō excrescit in maiorē q̄titatē: nisi p additionē aq̄. q̄ qdem
in vinū cōuertī: ita tm q̄ vtus vini semp in illa parte mate
rie manet magis: q̄ ꝓpius sub forma vini inerat. ꝛ ſm hoc po
nūt isti q̄ illud qō est ex alimēto generatū nō est oīno alie
nū a vitate humane nature: sicut ꝓmi dicebāt: ſz est scōario
ad ipſaz ptinēs: ſm q̄ est nēcium ad debite q̄titatis cōple
mētū. vñ nō totū B in resurrectione deponet qō ex alimen
to cōuersuz est: ſz reseruabiī tm q̄tū expedit ad pfectiōez
q̄titatis. ꝛ hō pōnis ꝓmus auctoz inuenīt Alexāder Lōm
tator. vt Auerroys in libꝝ de gnōne dicit. Sz istud nō vide
tur veritatē hre: cū. n. de natura caloris sit vt humorē cōsu
mat: caloris dico ignei: oz q̄ calor ignis q̄ est instrm aīe ve
getabilis: vt i. 2° de aīa dr. idifferenter q̄tū in se ē omne hu
midū cōsumat. vñ nō pōt efficax ratio iueniri: q̄re aliqō hu
midū signatū pmaneat in tota vita. Et preterea ſz B sum
ptio alimēti nō esset ꝓmo ꝛ p se nēcia ad restaurationē de
perditi: ſz solū ad augmētū. cōstat tm q̄ opus augmēti ꝓsup
ponit opus nutrimēti: ꝛ illud tm nutrīt in quo deperdit'o fa
cta est: qō p nutrimētū restauraī. vñ si nō esset cōsumptio:
nisi eiꝰ qō ꝓpter augmētū ꝓncipalr assumitur: nutrimētuz
nō eēt nisi p augmētū. ¶ Et preterea cōcedi pōt: q̄ illud qō
in carnē ꝛuertī q̄ vtutē formatiuā in ꝑnō gnōnis ad maio
rē pfectiōez spēi pducī: q̄ illud qō postmodū p actū nutri
tiue ꝛuertī: cū semp ꝛueniaī gnō alicuius qō p se generaī
eē pfectioz q̄ illa qua aliqd accipit spēm alicuiꝰ p mixtio
nē ad illud: qz qō imiscetur aliquo mō alterat nāz eius cui
admiscet: vt pz in vino qō in vite gnaī: ꝛ qō ex admixtiōe
aque ad vinū accrescit. Et sic ēt videmus q̄ ex humido nu
trimētali aduenīte imutaī corpꝰ nutritū: vt assequaī ꝛ ali
quo cōditiōes cibox ex qbus nutrīt. Oz tm ad B q̄ fiat nu
tritio vel augmētū q̄ B carnis qō ex cibis gnatū est cū car
ne preexistēte misceaī. Qñcūq; aūt fit mixtio aliquox dif
ferētiū: vel ſm ꝛziam qualitatē: vel ſm puritatē ꝛ ipurita
tē eiusdē. mixtiōe cōpleta nō retinet vnūqōq; qualitatē p
priā: als admixtio eēt ex rebꝰ saluatis: ꝛ eēt cōpositio tm: ſz
opz vt torū sīl' vnā formā accipiat q̄ est mediū: vt pz i mix
tione vini ꝛ aq̄: qz post mixtionē non remanet ibi aliq̄ pars
signata habēs cōpletā vtutē vini: ꝛ habēs aliqd eā debilr:
ſz torū est habēs eā mediocriter. vñ nec est possibile vt cō
pleto actu nutritiue ꝛ augmētatiue remaneat aliqd signa
tū ꝛplete ptecipās nām spēi: ꝛ aliqd icōplete: ſz totū vnifoꝛ
miter. Assumit ēt in assertionē sue opinionis distinctionē phi
de carne ſm spēm ꝛ ſz mām: ꝛ medicoꝝ de humido nutri
mētali ꝛ radicali. Sz q̄ neutra eaꝝ p eis faciat in rūsione
ad argumēta patebit. ¶ Tertia pō ē qua ponit Auerr. in
pmo de gnōne dicēs: q̄ nihil māe pōt accipi in corpe signa
tū qō sit fixū ꝛ pmanēs: sed totū gcgd ē in corpe pōt dupl'r
ꝛsiderari vl' ex pte māe: ꝛ sic nō ē pmanēs. vl ex parte for
me ꝛ spēi: ꝛ sic est pmanēs. Cōparat enī Arist. in p de gnōne
trāsmutationē cibi in carnē aduſtioni ligno ꝛ. Videm' enī
q̄ si ignis accendaī ꝛ ꝓtinue ligna addanī ſm q̄ alia cōsu
munī q̄ forma ignis semp manebit in lignis: sed rn mā q̄li
bet ꝛsumiī alia mā sibi succedēte in q̄ spēs ignis saluabiī:
ꝛ ſz B ēt illud qō ptinet ad spēm ꝛ formā carnis semp ma
nebit: q̄uis illud qō recipit hāc formā ꝓtinue ꝛsumaī ꝛ re
staureī. Dec autē positio differt a duab' pmis in B q̄ non
ponit aliqd māe posse signari qō semp maneat: sed quelibz
pars signata ex B q̄ est materie in ipa bz q̄ fluat ꝛ refluat:
ita tm q̄ illud qō est forme semp maneat. ꝓme vo opiones
ponebāt aliqd materie signatuz semp eē permanēs: in quo
pmo ꝛ pncipalr veritas humane nature ꝓsistebat: ꝛ etiā in
hoc differt: qz pma opinio ponebat alimētū nullo mō in ve
ritatē nature cōuerti. Scōa aūt ponebat cōuerti qdē in id
qō ē scōo de vitate humane nature: ſz nō pmo. Dec aūt ter
tia ponit cōuerti in illud qō simplr ꝛ pmo est de vitate hu
mane nature: q̄uis n. illō qō pmo in carnē conuersuz ē: pfe
cti' sit spēm carnis assecutū q̄ illud qō ex cibis aggnaī: tm
aduenīte cibo in fine digōnis fit admixtio: vt totū vnifoꝛ
miter vitatē spēi suscipiat sine aliq̄ distinctiōe: ꝛ ſm B ēt pz
q̄ oz i resurrectiōe tm de eo qō ex alimēto aggnatū ē resur
gere q̄tū ptinet ad ꝓplemētū debite q̄titatis: et huic pōni
iter oēs magis cōsentio sine ꝑiudicio aliorū.

Ad primuz q̄ dōz: q̄ ex illa aucte nō pōt bri q̄ ō eo
qō p os assumīt nihil remaneat: qō i ve
ritatē carnis trāseat: qz B dictio ois nō dlignat totū itegra
te: ſz totū i q̄titate. vñ ñ oz q̄ to' p successū emittaī: ſz qō ō
q̄z aliqd secedat: ꝛ B ē nēciū: qz oz puri ab ipuro sepatōez
fieri. nīls ēt cib' assumīt i q̄ nō oporteat aliqd ipuritaī cē
ex B q̄ i pn° ē dissīlis. vñ si ad silitudinē reduci ōbeat oz q̄
tollaī ille ptes ſz q̄s dissīlitudo erat. v. g. Si in cibo ōnēnt
partes terrestres magis q̄ i eo qō nutrīt: oz id qō terrestre

Universidad de Deusto
Biblioteca

